נֹגַהּ *f.* Splendor, lux, fulgor, jubar, Pſal. 18. v. 13., Iſa. 50. v. 10., 60. v. 19., *&c.*, כְּאוֹר נֹגַהּ, Prov. 4. v. 18., lux ſplendoris, *h. e.*, ſplendida; *Vulg. autem vertit*, ſicut lux ſplendet; *Hebræi quidam* luciferum, *ſeu* venerem, *ab eximio inter minores ſtellas* ſplendore, *&* fulgore, *hoc nomine*, נֹגַהּ *videl.*, *appellant*: כַּנֹּגַהּ ſicut ſplendor; לְנֹגַהּ ad ſplendorem; מִנֹּגַהּ a ſplendore; *Cum affix.* נָגְהָם ſplendorem ſuum, Joel. 2. verſ. 10. *Plural.* נְגֹהוֹת ſplendores, Jſa. 59. verſ. 9. *Sed* נִגְהֵי, *&* נגהות *vide ſupra in* נָגַהּ *pag.* 410.

נֹגַהּ Noga, Noge, *nom. propr. filii David*, 1. Paral. 3. v. 7., 14. v. 6.

נָגְהָא *f. Chald. emphat.*, *unde cum præfix.* בְּנָגְהָא, Dan. 6. v. 20., cum luce, in luce, in ſplendore, in aurora, ſumma aurora: *Vulg. ibidem ſenſum eſt ſequutus.*

נגח Feriit, petiit, impetiit cornibus; *dicitur proprie de animalibus* cornutis; *metaphorice autem de hominibus eſt* ferire, percutere: *Fut.* וְכִי־יִגַּח & cornu ferierit, Exod.

21.

21. v. 28. *Pih. Particip.* מְנַגֵּחַ cornu-petens, Dan. 8. v. 4. *Futur.* יְנַגַּח cornu feriet, Deut. 33. v. 17., תְּנַגַּח feries, 1. Reg. 22. v. 11., *Plur.* נְנַגֵּחַ cornu feriemus, ventilabimus cornu, Psal. 44. v. 6., תְּנַגְּחוּ cornu-ferietis, *Vulg. habet*, cornibus vestris ventilabatis, Ezech. 34. v. 21. *Hithp. Futur.* יִתְנַגַּח, Dan. 11. v. 40., confliget; *LXX. reddunt.*, *συγκερατισθήσεται*, cornu-certabit; *Vulg.*, præliabitur.

נַגָּח *m.* Petulcus, cornupeta: שׁוֹר נַגָּח bos petulcus, Exod. 21. v. 29., *&c.*

נגן Pulsavit, *scil. instrumentum musicum*: נְגִינָתִי *vide infra in* נְגִינָה: *Partic. plur.* נֹגְנִים pulsatores, fidicines, Psalm. 68. v. 26, *a LXX.*, *& Vulg. redditur*, psallentibus. *Pih. præter* וְנִגֵּן & pulsabit, & psallat, 1. Sam. 16. vv. 16. 23. *Partic.* מְנַגֵּן pulsans, pulsator, qui pulsat, 1. Sam. 16. v. 16., 2. Reg. 3. v. 15. *Sed* מְנַגִּינָה *vide inter nomina*: *Infin.* נַגֵּן pulsare, 1. Sam. 16. v. 18., *Cum præfix.* כְּנַגֵּן juxta pulsare, secundum modulari, *h. e.*, cum pulsaret, cum modularetur, 2. Reg. 3. v. 15., לְנַגֵּן pulsando, 1. Sam. 14. v. 17. *Futur. plur.* נְנַגֵּן pulsabimus, Isa. 38. v. 20.

נְגִינַת *f.* Pulsatio fidium, pulsatio musica, modulatio: *Construct. pro absoluto*, עַל־נְגִינַת super pulsationem, *vel*, in pulsatione fidium, Psal. 61. v. 1., *LXX.*, *& Vulg. ibidem habent*, in hymnis; *Alii vertunt*, super neginath, *aut* super instrumentum *aliquod* musicum *sic appellatum*; *Cum affix.* נְגִינָתִי (recordabar) pulsationis musicæ meæ, *sive*, *ut vertit Pagnin*, cantici mei, Psal. 77. v. 7., נְגִינָתָם modulatio eorum, Thren. 3. v. 14., מִנְּגִינָתָם à pulsatione sua, Thren. 5. v. 14., *Plural.* וּנְגִינוֹת & pulsationes, odas lyricas, Psal. 69. v. 13., בִּנְגִינוֹת in pulsationibus, *sive* pulsatilibus instrumentis, Psal. 4. vers. 1. *Cum affix.* בִּנְגִינוֹתַי in pulsationibus meis, *hoc est*, in fidibus, *sive* pulsatilibus instrumentis, Hab. 3. v. 19.

מַנְגִּינָה *f. Idem*: *Cum affix.* אֲנִי מַנְגִּינָתָם ego sum modulatio ipsorum, *Vulg. habet*, ego sum psalmus eorum, Threu. 3. v. 63.

נָגַע Tetigit, attigit, pertigit: *Item* attigit *dure, absque misericordia*; *unde* læsit, percussit, plagis affecit: *Construitur cum accusativo*; *item cum* Præpos. אֶל, עַל, *& cum* ב: *Præter.* נָגַע בְּכַף־יְרֵךְ tetigit acetabulnm femoris, Gen. 31. v. 32., 1. Sam. 10. v. 27., Isa. 6. v. 7., Jerem. 51. v. 9., Mich. 1. v. 9., נָגַע עַל־לִבֶּךָ pertingit in cor tuum, Jer. 4. v. 18., וְנָגַע, & tanget, Agg. 2. v. 12., נָגְעָה *f.* tangit, pertingit, Jud. 20. v. 41., 1. Sam. 6. v. 9., Job. 19. v. 21., Dan. 10. v. 10., וְנָגְעָה & pertigerit, *Vulg. reddit*, & pervenit, Jerem. 4. v. 10., *Plur. in pausa* נָגָעוּ attingunt, pertingunt, pervenerunt, Isa. 16. v. 8., Jerem. 48. v. 32., *&c.*, *Cum affix.* נְגַעֲנוּךָ tetigimus, attigimus, læsimus te, Gen. 26. v. 29. *Partic.* נוֹגֵעַ, נֹגֵעַ, *item* הַנּוֹגֵעַ, הַנֹּגֵעַ *m.*, tangens, attingens; *Plur.* הַנֹּגְעִים violenter attingentes, qui tangunt, Jerem. 12. v. 14., *Fæm. constr.* נֹגַעַת, Jud. 20. v. 34., pertingens; *Vulg. vertit*, ex omni parte (illis) instaret; *Sed* 1. Reg. 6. v. 27. *redditur*, tangens, *sive* tangebat; הַנֹּגַעַת tangens, attingens, Numer. 19. vers. 22., *Plur.* נֹגְעֹת attingentes, *sive* contingebant, 1. Reg. 6. v. 27. *Partic. Pahul* נָגוּעַ, Psal. 73. v. 14., flagellatus, plaga affectus; *sed apud* Isa. 53. v. 4. *eadem dictio redditur ab LXX.*, *εἶναι ἐν πόνῳ* esse in dolore; *a Sym.*; *ἐν ἁφῇ* in tactione; *ab Aq.* *ἡφημένον* tactum; *a Theod.*, *μεμαστιγωμένον* flagellatum; *a Vulgat.*, quasi leprosum; *ab aliis*, plaga affectum: *Infin.* וּנְגֹעַ & attingere, Exod. 19. v. 12., לִנְגּוֹעַ, *&* לִנְגֹּעַ attingere, Gen. 20. v. 6., Jos. 9. v. 19., Job. 6. v. 7., *& defective cum præfix.* בְּנַגַעַת secundum attingere, *h. e.*, cum attingeret, Ezech. 17. v. 10., לָגַעַת attingere, 2. Sam. 14. v. 10., *Cum affix.* נָגְעֵךְ attingere te, Ruth. 2. v. 9., בְּנָגְעוֹ in attingere eum, Levit. 15. v. 23. *Imper.* גַּע, Psal. 144. v. 5., *&* וְגַע, Job. 1. v. 11., 2. v. 5., tange, & tange: *Futur.* יִגַּע tanget, attinget; וְיִגַּע & tetigerit, 2. Sam. 5. v. 8., *&* וַיִּגַּע & tetigit, Gen. 32. v. 25., *&c.* תִּגַּע, *& in pausa* תִּגָּע tanget, attinget; *Plur.* תִּגְּעוּ, *& in pausa* תִּגָּעוּ attingatis, Gen. 3. v. 3., Lev. 11. v. 8. *&c.*, יִגְּעוּ attingent, tangent, Num. 4. v. 15. *Niph. Futur.* וַיִּנָּגְעוּ & fin-

finxerunt se percussos, *seu* plagâ affectos, Jos. 8. v. 15., *LXX. ibidem habent*, καὶ ἀνεχώρησεν & recessit; *Vulg. autem paraphrasi usus vertit*, cesserunt loco, simulantes metum. *Pih.* נִגַּע; *unde cum affix.* נִגְּעוֹ percussit, plaga affecit eum, 2. Paral. 26. v. 20. *Futur.* וַיְנַגַּע & percussit, & plagis affecit, Gen. 12. v. 17., 2. Reg. 15. v. 5. *Pyh. Fut.* יְנֻגָּעוּ plagis afficientur, Psalm. 73. v. 5. *Hiph.* הִגִּיעַ pertingere fecit, admovit, conjunxit: *Et sequente* ארץ, עפר, *&c.*, deturbavit, dejecit: *Et intransitivè*, pervenit, obvenit, obtigit, pertigit: *Præterit.* הִגִּיעַ לָאָרֶץ, Isa. 25. v. 12., Thren. 2. v. 2., pervenire fecit, *seu* deturbavit, dejecit, detraxit in terram: *Sed* 2. Paral. 28. v. 9. *reddendum*, pertigit, *sive* pertingeret; *item* Esth. 9. vv. 1. 26., Cant. 2. v. 12., Ezech. 7. v. 12. pervenit, obvenit, advenit, appropinquavit; הִגַּעַתְּ *fœm.* pertigisti, pervenisti, Esth. 4. v. 14., *Cum affix.* וְהִגַּעְתִּיהוּ אֶל־הָאָרֶץ & pertingere faciam eum, *sive* & deturbabo, dejiciam eum in terram; *Vulg. reddit*, & adæquabo eum terræ, Ezech. 13. v. 14., *Plur.* הִגִּיעוּ advenerunt, pervenerunt, Esth. 6. v. 14., Psal. 88. v. 4., *ubi tamen a LXX., Chald., Vulg., Pagnino, aliisque vertitur in singulari*, pervenit, pertigit, appropinquavit; וְהִגִּיעוּ & pertingant, & appropinquent, Eccl. 12. v. 1., וְהִגַּעְתֶּם, Exod. 12. v. 22., & admovebitis; *Vulg. reddit*, & adspergite: *Partic.* מַגִּיעַ pertingebat, Genes. 28. v. 12., *Cum præfix.* שֶׁמַּגִּיעַ, Eccl. 8. v. 14., quibus obtingit, *ita Sym.*, *aliique vertunt*; *LXX. habent*, ὅτι φθάνει quia venit; מַגַּעַת *f.* pertingens, tangens, 2. Paral. 3. v. 11., *Plural. Constr.* מַגִּיעֵי conjungentibus, Isa. 5. v. 8. *Infinit.* וּבְהַגִּיעַ & cùm pervenisset, Esth. 2. v. 12., *Cum affix.* עַד־הַגִּיעֵנוּ usque ad pervenire nos, donec veniamus, 1. Sam. 14. v. 9. *Futur. m.* יַגִּיעַ attinget, pertinget, veniet, Job. 20. v. 6., Isa. 8. v. 8., Zach. 14. v. 5., *ubi Vulg. habet*, conjungetur; וְיַגִּיעַ & perveniet, Dan. 12. v. 12., *sed* וַיַּגַּע & admovit, *&* *juxta Vulg.*, tetigit (os meum), Isa. 6. v. 7., Jerem. 1. vers. 9., *Cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* יַגִּיעֶנָּה dejiciet, detrahet eam, Isa. 26. v. 5., תַּגִּיעַ *f.* attinget, *i. e.*, assequetur, Levit. 5. v. 7., *sed* וַתַּגַּע & dejecit,

 & abje-

& abjecit, *Vulg. autem vertit*, tetigitque, Exod. 4. v. 25., *Plur. m.* יַגִּיעוּ, Psal. 32. v. 6., *ab LXX. redditur*, ἐγγιοῦσι, *a Chald.* appropinquabunt; *a Vulg.* proximabunt; *ab aliis*, tangent, dejicient, *h. e.*, tangetur, dejicietur; *Sed* Isa. 30. vers. 4. *vertitur*, pervénerunt; וַיַּגִּיעוּ & pertingunt; *juxta Vulg.*, & appropinquaverunt, Psal. 107. v. 18.

נֶגַע, *& in pausa* נָגַע *m.* Percussio, plaga; *Item* flagellum, Exod. 11. v. 1., Levit. 13. vv. 3. 9., *&c. Item metonymice* homo plaga affectus, Levit. 13. vv. 4. 31. *Cum affix.* מִנֶּגֶד נִגְעִי, Psal. 38. v. 12., e regione plagæ meæ; *Vulg. habet*, adversum me appropinquaverunt; נִגְעוֹ plaga ejus, Lev. 13. v. 44. *Plur.* נְגָעִים plagæ, Genes. 12. v. 17. *Constr.* וּבְנִגְעֵי & plagis (hominum), 2. Sam. 7. v. 14.

נָגַף Cæcîdit, percussit, verberavit, plagâ affecit: *Item*, offendit, impegit. *Præter.* וְנָגַף & plagis afficiet, & percussit, Isa. 19. v. 22., *Cum aff.* נְגָפוֹ percussit eum, 2. Paral. 21. v. 18., נְגָפָנוּ percussit nos, 1. Sam. 4. v. 3., *Plur.* וְנָגְפוּ & percusserint, Exod. 21. v. 22. *Partic.* נֹגֵף percutiens, Exod. 7. v. 27., 2. Paral. 21. v. 14 *Infin.* נָגֹף, Isa. 19. v. 22., percutiendo; *LXX., & Vulg. reddunt*, plaga; *Constr.* לִנְגֹּף percutere, *sive* ad percutiendum, Exod. 12. v. 23., *Cum affix.* בְּנָגְפּוֹ in percutere illum, cum ipse percuteret, Exod. 12. v. 27. *Futur.* אֶגּוֹף, Psal. 89. v. 24., percutiam; *Vulg. reddit*. in fugam convertam; וָאֶגֹּף & percussi, Jos. 24. v. 5., תִּגֹּף offendes, offendas, impinges, impingas, Psal. 91. v. 12., Prov. 3. v. 23., יִגֹּף percutiet, Exod. 21. v. 35., וַיִּגֹּף & percussit, Exod. 32. v. 35., *&c.*, *Cum affix.* וַיִּגְּפֵהוּ & percussit eum, 2. Paral. 13. v. 20., *& cum* Nun *epenthet.* יִגָּפֶנּוּ percutiet eum, 1. Sam. 26. v. 10. *Niph. præter.* נִגַּף, 2. Sam. 10. v. 15., cæsus, plaga affectus, percussus fuit; *Vulg. vertit*, (quoniam) corruissent; *Plur.* נִגְּפוּ, *& in pausa* נִגָּפוּ percussi fuerunt, percuterentur, 2. Sam. 10. v. 19., Jud. 20. vers. 36., וְנִגַּפְתֶּם & cædemini, *juxta Vulg.*, & corruetis, Levit. 26. v. 17. *Partic.* נִגָּף, Deut. 28. vers. 25., Jud. 20. v. 39., cæsus, percussus, *& juxta Vulg.*, corruens; *Plur.* נִגָּפִים percussi, cæsi, Deut. 28. v. 7., Jud.

Jud. 20. v. 32. *Infin.* נגוף, Jud. 30. v. 29., cædendo, percutiendo; *& cum* ה *characteristico, & præfix.* בְּהִנָּגֵף, 1. Reg. 8. v. 33., in cædi, in percuti, *h. e.*, cum percuteretur: *Futur.* יִנָּגֵף cædetur, percutietur, 2. Paral. 6. v. 24., וַיִּנָּגֶף & cæsus fuit, 1. Sam. 4. v. 2., *ubi Vulg. habet*, terga vertit; *Plur.* תִּנָּגְפוּ percutiamini, corruatis, Num. 14. v. 42., וַיִּנָּגְפוּ, 1. Sam. 7. v. 10., 2. Sam. 18. v. 7., *&* וַיִּנָּגְפוּ, 2. Paral. 20. v. 22., & percussi fuerunt. *Hithp. Futur. plur.* יִתְנַגְּפוּ, Jerem. 13. v. 16., lædant se, *vel* lædantur, offendantur, offendant; *quidam alii vertunt*, se ipsos impingent, *sive* allident.

נֶגֶף *m.* Percussio, plaga, Exod. 12. v. 13., 30. v. 12., Num. 8. v. 19., *Item* offensio, Isa. 8. v. 14. *Cum præfix.* הַנֶּגֶף, Num. 17. v. 12., Jos. 22. v. 17., *& in pausa* הַנָּגֶף, Num. 17. v. 11., plaga.

מַגֵּפָה *f.* Plaga, ruina, cædes, strages, 1. Sam. 4. v. 17., 6. v. 4., 2. Sam. 17. v. 9., *&c. Cum præfix.* בַּמַּגֵּפָה in plaga, cum plaga, plaga, Num. 14. v. 37., 17. v. 14., *&c.*, כַּמַּגֵּפָה sicut plaga, ruina, Zach. 14. v. 15., לַמַּגֵּפָה ad plagam, 1. Paral. 21. v. 17., *ubi Vulg. habet*, (non) percutiatur; *Constr.* מַגֵּפַת הַסּוּס plaga equorum, Zachar. 14. v. 15. *Cum affix.* מַגֵּפֹתַי plagas meas, Exod. 9. v. 14.

נָגַר Cucurrit, fluxit, defluxit, *proprie cum impetu, ut notat Pagnini; in Kal inusit. Inde Niph.* נִגַּר defluxit, diffluxit, diffudit *vel* effudit se, perfusus fuit: *Præter. f.* יָדִי לַיְלָה נִגְּרָה, Psal. 77. v. 3., manus mea nocte perfusa, diffusa, *id est*, expansa est; *Sed LXX. sunt interpretati*, ἐναντίον αὐτοῦ, *Vulg.* contra eum; *legebant* נֶגְדּוֹ; *Hieronym. vertit*, extenditur; *ab aliis redditur*, fluebat, defluebat, *vel* manabat, *h. e.* extendebatur; נִגְּרָה (עֵינִי), Thren. 3. v. 49., *redditur a LXX.*, (oculus meus) κατεπόθη absorptus est; *a Sym.*, ἐπέμεινε permansit, expectavit; *a Vulg.*, afflictus est; *ab aliis*, oculus manat sine intermissione; *a Joa. Simone*, fluere factus, ad fluendum compulsus est: *Partic. plur. m.* הַנִּגָּרִים, 2. Sam. 14. v. 14., defluentes, fusi, effusi; *LXX. habent in singulari*, καταφερόμενον delabens; *Sym. vertit*, κατασυρόμενον demissa (aqua); *Vulg. paraphrasi usus reddit* (quasi aquæ)

 dila-

dilabimur ; *Fœm. plur.* נִגָּרוֹת , Job. 20. v. 28., defluunt, diffluentia, *sive, ut habet Joa. Simon*, diffluere facta, effusa (omnia) ; *Vulg. reddit*, detrahetur. *Hiph.* הִגִּיר diffluere fecit, fudit ; *Præter.* וְהִגַּרְתִּי & faciam, ut diffluant, Mich. 1. v. 6. *Imper. Cum affix.* וְהַגִּרֵם , Jerem. 18. v. 21., fac, ut diffluant illi ; *Vulg. reddit*, & deduc eos ; *Joa. Simon habet*, currere, incurrere fac eos : *Futur.* וַיַּגֵּר , Psalm. 75. vers. 9., & fudit, effudit ; *Sed LXX. sunt interpretati*, καὶ ἔκλινε, *Vulg.*, & inclinavit ; *Sym. habet*, ὥστε ἕλκειν ita ut trahant ; *Hieron. vertit*, propinabit ; וַתַּגֵּר , Ezech. 35. v. 5., & diffluere fecisti ; *Vulg. habet*, concluseris ; *Joan. Simon vertit*, & currere, incurrere fecisti ; *Plur. cum affix.* יַגִּירֻהוּ , Psal. 63. vers. 11., facient diffluere eum ; *Joa. Simon reddit*, currere, incurrere facient eum, *Pagnini*, occident eum ; *Vulg.*, tradentur : *Hoph.* הֻגַּר ; *unde partic. plur.* כְּמַיִם מֻגָּרִים sicut aquæ profusæ, Mich. 1. v. 4.

גַּר *m.*, Job. 28. v. 4., fluxus, alveus, rivus, aquæductus, *juxta Aben Esram, aliosque ; Sed LXX. est*, κονία pulvis ; *Vulg., aliisque est*, peregrinans, accola, *a verbo* גור peregrinatus est : *Alind vide in* גרר ; *vide etiam* גִּיר .

נגש Accessit, appropinquavit : *Item* secessit. *Infinit.* בְּגֶשֶׁת cum accedent, Num. 8. v. 19., לָגֶשֶׁת , Jud. 20. v. 23., Jerem. 30. v. 21., Ezech. 44. v. 13., accedere ; מִגֶּשֶׁת ab accedere, *h. e.*, ne accederent, Exod. 34. v. 30., *Cum affix.* עַד־גִּשְׁתּוֹ donec appropinquaret, accederet ipse, Gen. 33. v. 3., בְּגִשְׁתָּם in accedere eos, quando appropinquant illi, Exod. 28. vers. 43. *Imper.* גֶּשׁ־הָלְאָה , Gen. 19. v. 9., secede, recede illuc, *ita LXX., Vulg., & alii ; quidam tamen vertunt*, accede ulterius, *q. d.*, abi in malam rem, *vel* abi tu tacitus viam tuam ; *Et in* Pathach, גַּשׁ accede, 2. Sam. 1. v. 15., *Et cum* ה *paragog.* גְּשָׁה accede, Gen. 27. vv. 21. 26., גְּשָׁה־לִּי , Isa. 49. v. 20., *LXX. vertunt*, ποίησόν μοι τόπον, *Vulg.* fac spatium mihi ; *quidam alii habent*, da mihi locum, cede mihi, *vel* accede mihi, *nempe ad alteram partem* ; גְּשִׁי *f.* accede, Ruth. 2. v. 14., *Plur.* גְּשׁוּ , Gen 45. v. 4., 1. Reg. 18. v. 30., & גֹּשׁוּ , Jos. 3. v. 9., 1. Sam. 14. v. 40.,

v. 40., 2. Paral. 29. v. 31., accedite: *Futur.* תגש accedas, Isa. 65. v. 5., יגש, *& in pausa* יגש accedet; ויגש & accessit; ותגש & accessit, Gen. 33. v. 7., *Plur.* תגשו accedatis, Exod. 19. v. 15., *& in pausa* תגשו, *vel*, *juxta Massor.*, אל־תגשו, Ezech. 9. v. 6., ne accedatis; *Vulg. sensui adhærens vertit*, ne occidatis; יגשו; *& in pausa* יגשו accedent; *Fœm.* ותגשן & accesserunt, Gen. 33. v. 6. *Niphal* נגש accedere jussus, *vel* factus, adductus est, accessit, Gen. 33. v. 7., *Fœm.* ונגשה & accedet, Deut. 25. v. 9., *Plur.* נגשו accesserunt, adducti sunt; נגשתם accessistis: *Partic.* הנגשים qui appropinquant, Exod. 19. v. 22. *Hiph.* הגיש accedere fecit, *vel* jussit, attulit, obtulit, adduxit, admovit, stitit. *Præter. cum affix.* והגישו & sistet, offeret eum, Exod. 21. v. 6., והגישה & admovebit illud, Levit. 2. v. 8., *Plur.* הגישו adduxerunt, 2. Sam. 17. v. 29., הגשתם obtulistis, attulistis, Amos. 5. vers. 25. *Partic.* ומגיש & offerens, Malach. 2. vers. 12., *Plural.* מגישים, *vel* מגשים; *Constr.* מגישי offerentes: *Imper. cum* ה *paragog.* הגישה, 1. Sam. 14. v. 18., *&c.*, *&* הגשה, Gen. 27. v. 25., offer, admove; *Plur.* הגישו admovete: *Futur.* תגיש appropinquabit, Amos. 9. vers. 10., ויגש & admovit, & posuit, 1. Sam. 28. v. 25., 2. Sam. 13. vers. 11., יגש admovebit, applicabit, *& quasi* accinget, Job. 40. v. 19., ויגש־, Gen. 27. v. 25., ויגש, Gen. 48. v. 10., *&c.*, ויגש, Jud. 6. v. 19., & admovit, applicuit, attulit; *Plur.* תגישו, *& cum* Nun *paragog.* תגישון offertis, affertis, affertis, Malach. 1. v. 8., ותגישון, & admovetis, & appropinquatis, Amos. 6. v. 3., יגישו afferant, accedant, Isa. 41. vers. 22., ויגישו, *&* ויגשו & obtulerunt, adduxerunt: *Hoph. præter. plur. in pausa*, הגשו admoti fuerunt; *Vulg. reddit*, aggravati sunt, 2. Sam. 3. v. 34., *Partic.* מגש, Malach. 1. v. 11., offertur; *alii reddunt*, oblatum, adductum. *Hithp. imper. plural.* התנגשו יחדו, Isa. 45. v. 20., appropinquate pariter, *vel* accedite simul; *LXX. habent* βουλεύσασθε ἅμα consulite simul; *Sym. vertit*, προσεγγίσατέ μοι apppropinquate mihi.

נָגַשׂ Exegit ; *tributum scil.*, *aut creditum*, 2. Reg 23. v. 35. *Item* exigendo, *vel* exactionibus arctavit, afflixit, pressit : *Partic.*, *vel nomen*, נוֹגֵשׂ Dan. 11. v. 20., Zach. 10. v. 4., *item* נֹגֵשׂ, Job. 3. v. 17., Zach. 9. v. 8., *&* *cum præfix.* הַנֹּגֵשׂ, Isa. 9. v. 3., exactor ; *Sed* Job. 39. v. 7. נוֹגֵשׂ *significat proprie* agitantem feras, *ut vult Joa. Simon*, *vel*, *ut alii notant*, agasonem, *sive eum*, *qui ad operas* cogit asinos cicures ; *Plural.* הַנֹּגְשִׂים exactores, Exod. 5. vv. 6. 13., *Constr.* נֹגְשֵׂי exactores, Exod. 5. vv. 10. 14., *Cum affix.* וְנֹגְשַׂיִךְ & exactores tui ; נֹגְשָׂיו exactores ejus ; בְּנֹגְשֵׂיהֶם in exactores eorum, Isa. 14. v. 2. *Futur.* תִּגֹּשׂ exigendo arctabis, exactionibus premes, *sive* exiges, Deut. 15. vers. 3., לֹא־יִגֹּשׂ, Deut. 15. v. 2., non exigito, non exactione arctato, *aut* affligito ; *Vulg. reddit*, repetere non poterit ; *Plur. in pausa* תִּנְגֹּשׂוּ exigetis, Isa. 58. vers. 3. *Niph. Præter.* נִגַּשׂ arctatus, coarctatus, pressus, oppressus fuit, *propriè* exactionibus, 1. Sam. 13. v. 6., 14. v. 24. *Sed apud* Isa. cap. 29. v. 13. *a Vulg. redditur*, appropinquat ; *&* cap. 53. vers. 7., oblatus est, (*ad solvendum videl. debitum pro nobis*) ; *Vulg. videtur legisse* נִגַּשׁ, *cum puncto scil. supra* ש *in dextro cornu* ; וְנִגַּשׂ & arctatus erit ; *Vulg. vertit*, irruet, Isa. 3. v. 5.

* נֵר *Vide in* נִיר.

נָדַב Liberaliter, spontè, voluntariè ad dandum, conferendum, *vel* offerendum aliquid moveri, incitari : *Præter.* נָדַב לִבָּם אוֹתָם quos spontè movit animus ipsorum, Exod. 35. v. 29., נָדְבָה רוּחוֹ אֹתוֹ, Exod. 35. v. 21., sponte movit eum spiritus ejus, *vel* sponte offerebat spiritus ejus illud : נָדַבְתִּי *vide infra in* נְדִיבָה *inter nomina pag.* 710. *Futur cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ quem spontè moverit cor ejus, Exod. 25. vers. 2. *Hithp.* spontè, spontaneum dare, *vel* offerre, voluntariè offerri, prompto esse animo, *ita LXX.*, *Vulg.*, *aliique* : *Præter.* הִתְנַדַּבְתִּי sponte obtuli, 1. Paral. 29. v. 17., *Plur.* הִתְנַדְּבוּ sponte obtulerunt, 1. Paral. 29. v. 9., Esdr. 2. v. 68. *Particip.* מִתְנַדֵּב sponte offerens ; *Plur. cum præfix.* הַמִּתְנַדְּבִים sponte se offerentes, spontaneos se exhibentes, *&* *juxta Vulg.*, qui propria voluntate obtulistis vos, Jud. 5. v. 9.,

Ne-

Nehem. 11. verſ. 2. *Infin.* הִתְנַדֵּב (præter omne) ſponte oblatum , Eſdr. 1. v. 6., *Cum præfix.* בְּהִתְנַדֵּב , Jud. 5. verſ. 2., in ſponte ſe offerendo , *h. e.*, cum ſe ſe ſponte offerret ; *Aq. vertit*, ἐν ἑκουσιασμῷ in ſpontanea oblatione ; *Vulg. paraphraſi uſus habet*, qui ſponte obtuliſtis animas veſtras ; לְהִתְנַדֵּב , 1. Paral. 29. v. 14., *& cum* Segol , לְהִתְנַדֶּב־ , 1. Paral. 29. v. 17., ad ſponte offerendum ; *Cum affix.* עַל־הִתְנַדְּבָם , 1. Paral. 29. v. 9., propter ſponte offerri eorum , *h. e.*, propter liberalitatem , *ſive* ſpontaneam oblationem ipſorum ; *Vulg. vertit*, cum vota ſponte promitterent : הִתְנַדְּבוּת *vide inter nomina* : *Futur. plur.* וַיִּתְנַדְּבוּ & ſponte obtulerunt , & ſpontaneos ſe exhibuerunt , 1. Paral. 29. v. 6., *Vulg. habet*, polliciti ſunt.

נדב *Chald. ſignificat idem ac ſupra Hebr. Unde præter. Ithpahal plur.* הִתְנַדַּבוּ ſponte offerunt , *ſive* obtulerunt , Eſdr. 7. v. 15. *Partic.* מִתְנַדַּב ſponte offerens ſe , Eſdr. 7. v. 13., *Plur.* מִתְנַדְּבִין ſponte offerentes , Eſdr. 7. v. 16.

נָדָב Nadab , *nom. propr. virorum* , Exod. 6. v. 23., 1. Reg. 14. v. 20., 1. Paral. 2. v. 28., 9. v. 36.

נוֹדָב Nodab , *nom. propr. viri* , 1. Paral. 5. v. 19.

הִתְנַדְּבוּת *f.* Spontanea oblatio , Eſr. 7. v. 16.

נָדִיב *m.* Voluntarius , ſpontaneus , ingenuus , liberalis , munificus , Paral. 28. v. 21., Job. 21. v. 28., Cant. 6. v. 12. *Item* princeps , *à* munificentia , *&* liberalitate *dictus* , (*quò alluditur* Lucæ 22. v. 25.) ; *ita* Prov. 17. v. 7., 19. v. 6., 25. v. 7., Cant. 7. v. 2., Iſa. 32. vv. 5. 8. *Conſtr.* נְדִיב voluntarius , ſpontaneus , Exod. 35. vv. 5. 22., נְדִיב לֵב voluntarius animo , 2. Paralip. 29. v. 31. *Plural.* עִם נְדִיבִים cum principibus , 1. Sam. 2. v. 8., *In hunc ipſum ſenſum accipitur* Pſalm. 107. v. 40., Pſalm. 113. v. 8., Job. 12. v. 21., 34. v. 18., Prov. 17. v. 26., Iſa. 13. v. 2., *Sed* Prov. 8. v. 16. *redditur a LXX.* τύραννοι tyranni , dominatores ; *ab Aq.*, *& Theod.*, ſponte offerentes ; *a Vulgat.*, potentes ; *Cum præfix.* בִּנְדִיבִים in principibus , Pſal. 118. v. 9., 146. v. 3. *Conſtr.* נְדִיבֵי duces , principes , Num. 21. v. 18., Pſalm. 47. v. 10., 113. v. 8., *Cum affix.* נְדִיבֵמוֹ principes eorum , Pſal. 83. verſ. 12.

נְדִיבָה *f.* Spontanea, voluntaria, ingenua, liberalis, munifica, *&c. Item substantive* munificentia, ingenuitas, liberalitas: וְרוּחַ נְדִיבָה, Psal. 51. verf. 14., & spiritus ingenuus; *vel, juxta alios*, spiritu ingenuitatis (sustentato me); *Sed LXX., & Vulg. reddunt*, spiritu principali; *Cum affix.* נְדִבָתִי, Job. 30. v. 15., ingenuitatem meam, *vel* munificam meam, *scil. animam, quam* נדיבה *appellat, quia hæc* principatum *in homine tenet; vel quia* liberaliter *distribuit facultates suas in corpus totum*; *LXX. autem habent*, ἡ ἐλπίς μου spes mea; *Sym.*, τὰ καταθύμιά μου quæ erant animo meo grata; *Vulg.*, desiderium meum; *Plur.* נְדִיבוֹת, Isa. 32. v. 8., ingenuitates, *i. e.*, res ingenuæ, spontanea, liberalia; *LXX. vertunt*, sapientia (verba); *Sym. habet*, ἀρχοντικὰ quæ principis sunt; *Vulg.*, quæ digna sunt principe.

נְדָבָה *f.* Voluntarium, voluntaria oblatio, voluntarium sacrificium, *aut* munus, Esdr. 1. v. 4., 3. v. 5., 8. v. 28., Ezech. 46. verf. 12., בִּנְדָבָה voluntaria oblatione, Num. 15. v. 3. *Interdum adverbiascit, pro* spontè, voluntariè, benevolè, liberaliter; *& tunc ponitur pro* בִּנְדָבָה: בִּנְדָבָה אֶזְבְּחָה־לָּךְ sponte, voluntarie sacrificabo tibi, Psal. 54. v. 8., & *sine præfix.* ב *idem significat* Levit. 7. v. 16., 22. v, 23., Deut. 23. v. 24., Ose. 14. v. 5., *Cum præfix.* לִנְדָבָה voluntarium munus, Levit. 22. verf. 21., 2. Paral. 35. v. 21. *Constr.* נִדְבַת יָדְךָ voluntaria oblatione manus tuæ, Deut. 16. v. 10. *Plur.* נְדָבוֹת liberalitates; *unde* גֶּשֶׁם נְדָבוֹת, Psal. 68. v. 10., pluviam liberalitatum, *i. e.*, uberrimam, abundantissimam; *Vulg. vertit*, pluviam voluntariam; עַמְּךָ נְדָבֹת, Psal. 110. v. 3., populus tuus liberalitatum, spontaneitatum, *i. e.*, summopere spontaneus; *sed LXX. reddunt* μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ, tecum principium, *id est*, principatus (*erit*); *& ita habent Vulg., versiones Arab., Æth., item Genebrardus, Mariana, aliique; legebant autem illi* עִמְּךָ, *pro* עַמְּךָ, *& pro* נְדָבוֹת, τὸ נְדָבָה: *Item plur.* נְדָבוֹת *significat* dona voluntaria, spontanea, oblationes spontaneas, *ut* הַשְׁמִיעוּ נְדָבוֹת indicite sacrificia voluntaria, Amos. 4. verf. 5. *Constr.* נִדְבוֹת פִּי voluntarias oblationes oris mei, Psal. 119. v. 108.,

ita

ita 2. Paral. 31. v. 14. *Cum affix.* וְנִדְבֹתֶיךָ & voluntariæ, ſpontaneæ oblationes tuæ, Deut. 12. verſ. 17., נִדְבֹתֵיכֶם ſpontanea veſtra, ſpontaneas oblationes veſtras, Levit. 23. v. 38., Num. 29. v. 39., Deut. 12. v. 6., נִדְבוֹתָם voluntaria eorum, *vel* ſua, Levit. 22. v. 18.

נֵדַבְיָה Nadabia, *nom. propr. filii Jechoniæ*, 1. Paral. 3. v. 18.

* נִדְבָּךְ *Chald. Vide in* רבך.

נדד Vagatus, evagatus eſt, movit ſeſe, erravit, aberravit, fugit, profugit: *Præter. f.* בַּלַּיְלָה הַהוּא נָדְדָה שְׁנַת הַמֶּלֶךְ, Eſth. 6. v. 1., nocte illa fugit, aufugit, receſſit ſomnus regis, *ſive* a rege; *eleganter Vulg. vertit*, noctem illam duxit rex inſomnem; *& apud* Iſa. 10. v. 31., נָדְדָה *Vulg. reddit*, migravit; *Plur.* נָדְדוּ; *& in pauſa* נָדָדוּ fugerunt; נָדְדוּ יַחַד evagantur pariter, fugerunt ſimul, Iſa. 22. verſ. 3., *Partic.* נוֹדֵד *vel* נֹדֵד movens ſe; נֹדֵד כָּנָף movens ſeſe alâ, *aut tranſitivè*, moveat, agitet alam, *quomodo poſſit eſſe ex Pihel*, Iſa. 10. v. 14. *Item* fugiens, aufugiens, Iſa. 16. v. 2., 21. v. 14., Jerem. 49. v. 5., *item* vagans, qui vagatur, Job. 15. v. 23., Iſa. 16. v. 3., נוֹדֵד מִמְּקוֹמוֹ, Proverb. 27. v. 8., vagans e loco ſuo, *ſive*, *ut clarius exponit Vulgat.*, qui derelinquit locum ſuum; *Cum præfix.* לַנֹּדֵד vagantem, fugientem, Jerem. 49. v. 5. נוֹדֶדֶת *fœm.*, Prov. 27. v. 8., vagans, quæ errat; *LXX. habent*, ὅταν καταπετασθῇ cum avolaverit; *Vulgat.* tranſmigrans; *Plur.* נֹדְדִים vagabundi, vagi, errabundi, Oſe. 9. v. 17. *Infin. conſtr.* נְדֹד, Pſal. 55. v. 8., fugere, aufugere, evagari; *LXX. habent*, φυγαδεύων, *Vulgat.* fugiens; *Sed a Sym. ſubſtantive redditur*, ἀναχώρησις ſeceſſio; *a Pagnino*, fuga: נְדֻדִים *vide inter nomina*: *Futur.* יִדּוֹד מִמֵּךְ, Nahum 3. v. 7., fugiat, aberret a te, reſiliet a te; *& in* Pathach, וַתִּדַּד & profugeret, & fugiebat, Gen. 31. v. 40., *Plur. in pauſa cum* Nun *paragog.* יִדֹּדוּן יִדֹּדוּן, Pſal. 68. v. 13., fugiebant, fugiebant, *ſive* fugerunt, fugerunt, *ut habent Pagn.*, *aliique*; *Sed LXX. ſunt interpretati*, τοῦ ἀγαπητοῦ, τοῦ ἀγαπητοῦ, *Vulg.* dilecti, dilecti; *legebant* יְדִיד dilectus; *quam quidem verſionem defendit Genebrardus comm. in hunc ipſum Pſalmum*. *Pihel*, *ſive Pobel præt.* וְנוֹדַד, Nahum 3. v. 17., & movetur, *ſive* errat,

errat, *vel* fugit; *LXX. habent*, καὶ ἀφήλατο & exilivit; *Vulg.* & avolaverunt; *alii reddunt*, & evagata est. *Hiph.* הֵנֵד; *unde futur. plur. cum affix.* יְנִדֻהוּ, Job. 18. v. 18., removent, *vel* fugant eum, ejiciunt, abigunt eum, *h. e.*, ejicitur, abigitur ille: *Vulg. habet*, transferet eum: *Vide in* נוּד *&* יָדָה. *Hophal* הוּנַד; *unde partic.* מֻנָד, 2. Sam. 23. v. 6., amovenda, *seu* amota; *Vulg. in plur. reddit*, evellentur: *Futur.* וְיֻדַּד & fugatur, & abigitur, *sive juxta Vulg.*, & transiet, Job. 20. v. 8. *Hithp. prӕter. fœm.* וְהִתְנוֹדְדָה, Isa. 24. v. 20., & evagabitur, *vel* movebit se; *Joa. Simon vertit*, hinc inde movebit se; *Vulg. habet*, & auferetur: *Futur.* תִּתְנוֹדָד, Jerem. 48. vers. 27., commoves te, motitas te, *ita Recentiores multi*; *sed melius Vulg., aliique vertunt*, captivus duceris, transmigrabis, evagaberis, *i. e*, in exilium abibis; *Plur.* הִתְנוֹדְדוּ, Psal. 64. v. 9., vagi fugient, & *juxta Vulg.*, conturbati sunt; *quӕ etiam a* נוּד *esse possunt*, *quum penè idem duӕ hӕ radices valeant*.

נדד *Chald.*, *Idem ac supra Hebr. Inde prӕter. fœm. deficiens* נַדַּת, Dan. 6. vers. 19., fugit, recessit. *Vide postea in* נְדָה: *Vide etiam* נוּד, *& quӕ inde sequuntur*.

נְדוּד *m. Inde plur.* נְדֻדִים, Job. 7. vers. 4., motibus vagis, jactationibus, evagationibus; *Sed LXX. vertunt*, ὀδυνῶν, *Vulg.* doloribus.

נדה *In Kal inusit. Inde Pih.* נִדָּה procul amovit, ejecit, expulit, separavit. *Part. plur.* הַמְנַדִּים qui elongant, longe, *vel* procul amovent, Amos 6. v. 3. *Et cum affix.* מְנַדֵּיכֶם procul arcentes, separantes vos, Jesa. 66. v. 5., וַיִּדָּא *vide in* נְדַח: *Vide etiam supra in* נָדַד.

נִדָּה *f.* Separatio, elongatio: Immunditia, impuritas mulierum menstrua: *Item metonymice* res impura, *&* foeda, *speciatim autem* menstruata mulier, menstrua *videl* immunditia *vel laborans*, *vel ob eam à viro* separata: *& ita nunc substantivè*, *nunc adjectivè sumitur*: נִדָּה הוּא, Levit. 20. v. 21., separatio, remotio ipsa (*est*), *i. e.*, *res* separatione *digna*, *vel juxta LXX.*, immunditia est; *Vulgat. autem habet*, rem facit illicitam; לְמֵי נִדָּה, Num. 19. v. 9., in aquam separationis, elongationis, *id est*, in aquam,

qua

qua aſpergendi ſunt ſeparati, *&* remoti *a cœtu ob* immunditiam, *&* *qua* (aqua) foeditas ipſa, & impuritas *tollebatur*; *hinc optime LXX.*, *Chald.*, *Sym.*, *Vulg.*, *aliique ſunt interpretati*, in aquam aſperſionis: *atque in hunc ſenſum* נִדָּה *uſurpatur* Numer. 19. vv. 13. 20. 21., 31. v. 23., וְאֶל־אִשָּׁה נִדָּה, Ezech. 18. v. 6., & ad uxorem ex immunditia laborantem, *aut* ſeparatam; *Vulg.*, *& alii habent*, & ad mulierem menſtruatam; אֶרֶץ נִדָּה, Eſdr. 9. v. 11., terra impura; טְמֵאַת הַנִּדָּה, Ezech. 22. v. 10., immunditiam menſtruatæ; כְּטֻמְאַת הַנִּדָּה, Ezech. 36. verſ. 17., tamquam impuritas menſtruo laborantis, *aut* ex immunditia ſeparatæ; *Vulg. vertit*, juxta immunditiam menſtruatæ; אֶת־הַנִּדָּה, 2. Paral. 29. verſ. 5., ſeparationem, rem, *ſive* immunditiam remotione *dignam*; *Cum præfix.* לְנִדָּה, Thren. 1. v. 17., in menſtruatam, in ſeparatam, *h. e.*, *ut ſit tamquam* ſeparata *propter* immunditiam menſtruam; *Vulg. vertit*, quaſi polluta menſtruis; *Sed* Ezech. 7. v. 20. *redditur* in immunditiam; *ibidem vero* verſ. 19. לְנִדָּה *vertitur ab LXX.* contemptui; *a Vulg.* in ſterquilinium; *ab aliis* in foeditatem, *h. e.*, foeditas (erit); לְחַטָּאת וּלְנִדָּה, Zach. 13. v. 1., pro peccato, & pro ſeparatione, *ſive* pro immunditia *proprie ex* menſium profluvio; *Vulg. autem ibidem ſenſum egregie expreſſit*, *videl.*, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ: מְנִדָּה *vide ſupra in* מִדָּה: *Conſtr.* כִּימֵי נִדַּת דְּוֹתָהּ, Levit. 12. v. 2., juxta dies ſeparationis languoris ejus; *Vulg.*, juxta dies ſeparationis menſtruæ; *Cum præfix.* בְּנִדַּת טֻמְאָתָהּ, Levit. 18. v. 19., in ſeparatione immunditiæ ſuæ; *Vulg. ſenſum expreſſit*, quæ (*mulier*) patitur menſtrua; בְּנִדַּת עַמֵּי juxta immunditiam populorum, Eſdr. 9. verſ. 11.; *Cum affix.* וּתְהִי נִדָּתָהּ, Levit. 15. verſ. 24., & erit ſeparatio ejus, *i. e.*, immunditia menſtrua ejus; *& ita* Levit. 15. vv. 25. 26., בְּנִדָּתָהּ in ſeparatione ſua, *ſive* in immunditia menſtrua ſua, Levit. 15. vv. 19. 20. 33.; *quibus in locis optime Vulg. ſenſum expreſſit*; כְּנִדָּתָהּ, Levit. 12. v. 5., juxta ſeparationem ſuam; *Vulg. habet*, juxta ritum fluxus menſtrui.

נֵדֶה *maſc.* Pretium, donum, merces *proprie* meretricia, Ezech.

Ezech. 16. v. 33.; *Ideo autem dicitur* נֵדֶה, *quod non liceat* pretium meretricium *ex* immundo *opere partum in templum pro* donario *inferre*.

נדח Impulit, depulit, dispulit, expulit, vibravit: *Infin.* לִנְדֹּחַ, Deut 20. v. 19., ad vibrandam, ad impellendam, *h. e.*, ut impellas (*securim*); *Vulg. ibidem sensum expressit*: *Futur.* לְבִלְתִּי יִדַּח, 2. Sam. 14. vers. 14., ne depellat, propellat; *Vulg. sensum sequutus vertit*, ne penitus pereat. *Niph. præter. f.* נִדָּחָה expulsa, dispulsa est, Job. 6. vers. 13., *Vulg. ibi etiam sensum expressit*; וְנִדְּחָה, Deut. 19. v. 5., & impelletur, vibrabitur; *quidam alii vertunt*, & impulsa fuerit (manus ejus), *i. e.*, impulerit (manu sua securim *in arborem*); *Vulg. habet*, securis fugerit manu; וְנִדַּחְתָּ, Deut. 4. v. 19., 30. vers. 17., impellaris, *per seductionem videl. sive aliorum, sive proprii cordis*; *Hinc Vulg. vertit*, & errore deceptus; *Plur.* נִדְּחוּ depulsi, dispersi fuerunt, *sive* fuerant, Jerem. 40. v. 12., 43. v. 5., וְנִדַּחְתֶּם, & dispellemini, dispergemini, Jerem. 49. v. 5. *Partic.* נִדָּח expulsus, *sive* qui abjectus est, 2. Sam. 14. vers. 14., *Cum affix.* נִדַּחֲךָ expulsus tuus, Deut. 30. v. 4., נִדָּחוֹ, 2. Sam. 14. v. 13., expulsum, ejectum suum; נִדַּחֲכֶם expulsus vester, Nehem. 1. v. 9., *Plur.* נִדָּחִים, Deut. 22. v. 1., dispulsi, expulsi; *sed rectius Vulg., aliique vertunt*, errantes; *id siquidem postulat sensus ipse, & hujus loci cum* Exod. 23. v. 4. *collatio, quemadmodum Bocharto est animadversum*; וְהַנִּדָּחִים & expulsi, *sive* & qui ejecti fuerant, Isa. 27. vers. 13. *Constr.* נִדְּחֵי, Jerem. 49. v. 36., *& cum affix.* נִדָּחַי, Isa. 16. v. 4., expulsi, *sive* profugi mei; *Vide etiam supra in* רחה *in Niphal*; *Fœm.* נִדָּחָה, Jerem. 30. v. 17., Mich. 4. v. 6., Sophon. 3. v. 19., *&* הַנִּדַּחַת, Ezech. 34. vv. 4. 16., expulsa, dispulsa, ejecta, abjecta. *Pyh. Partic.* וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח, Isa. 8. v. 22., & (ad) caliginem impulsum, *videl. se videbit, ita RR. David Kimchi, & Aben Ezra exponunt, q. d., videbit se ipsum ad tenebras*, caliginemque expulsum; *Quidam vertunt*, & caligo, *&* impulsio, *vel* & nebula circumfusa, *sive* impulsa, *q. d., calamitas calamitatem sequetur*; *Vulg. vero, & alii reddunt*, & cali-

go

go persequens, irruens, vel impulsa, *h. e.*, *quæ se ipsam videtur* propellere, *cum diffunditur*. *Hiph. præter.* הִדִּיחַ impulit, dispulit, expulit; וְהִדִּיחַ & impellat, 2. Sam. 15. v. 14., *Cum affix.* הִדִּיחֲךָ depulerit, dispersit te, Deut. 30. v. 1., הִדִּיחָם expulit, ejecit eos, Jerem. 16. v. 15., הִדַּחְתָּם expulisti, ejecisti eos, Dan. 9. vers. 7., הִדַּחְתִּי expuli, ejeci, Jerem. 23. vers. 3., 29. vers. 14., וְהִדַּחְתִּי & ejiciam, Jerem. 27. v. 10., *Cum affix.* הִדַּחְתִּיךָ expuli, ejeci te, Jerem. 46. v. 28., וְהִדַּחְתִּיו & expellam eum, Joel. 2. vers. 20., הִדַּחְתִּים expuli, ejeci eos, Jerem. 8. v. 3., *Plur.* הִדִּיחוּ expulerunt, ejecerunt, Jerem. 50. vers. 17., הִדַּחְתֶּם expulistis, ejecistis, 2. Paral. 13. v. 9. *Infin. cum præfix.* לְהַדִּיחַ ad depellendum, Psal. 62. vers. 5., *& cum affix.* לְמַעַן הַדִּיחִי, *sed juxta Massor.* הַדִּחִי, Jerem. 27. vers. 15., ut ego expellam, ejiciam; לְהַדִּיחֲךָ, Deut. 13. v. 6., expellere te; *Sed melius Vulg.*, ut errare te faceret; *ibidem autem* v. 11. *reddendum*, avertere, abstrahere: *Imper. cum affix.* הַדִּיחֵמוֹ expelle eos, Psal. 5. v. 11. *Futur cum affix.* אַדִּיחֵם expellam, ejiciam eos, Jerem. 24. v. 9., תַּדִּיחֶנּוּ, Prov. 7. v. 21., impellebat eum; *Vulgat. habet*, protraxit illum; וַיַּדַּח, 2. Paral. 21. v. 11., *ita etiam* 2. Reg. 17. v. 21. *secundum* Keri; *secundum vero* כְּתִיב, וַיַּדֵּא, *quasi a* נדה, *commutato* ח *in* א, & expulit; *Sed Vulgat. sensum magis expressit*; *nam primo loco reddit*, & fecit prævaricari; *altero vero loco*, & separavit; *Plur. cum affix.* וַתַּדִּחוּם & ejecistis eos, Jerem. 23. v. 2., וַיַּדִּיחוּ, Deut. 13. v. 14., & expulerunt; *Vulg. habet*, & averterunt, *quod sensui respondet maxime*: *Hoph. partic.* מֻדָּח, Isa. 13. v. 14., expulsus, dispulsus; *& juxta Vulg.*, fugiens. *Vide supra in* ראה, *&* דוח; *vide etiam*, *quod sequitur*.

מַדּוּחַ *m.*, *Unde plur.* וּמַדּוּחִים depulsiones, expulsiones, ejectiones, exilia, Thren. 2. v. 14.

נָדַן Rependit, persolvit, reddidit, donavit, *ut quibusdam videtur*; *sed verbaliter non legitur*. *Inde nom.* נֵדֶן *m.* donum, præmium, merces: *Item* vagina, *in quam videl. gladius* redditur, *seu* rependitur: *Cum affix.* אֶל־נְדָנָהּ in vaginam ejus, 1. Paral. 21. v. 27. *Plur. cum affix* נְדָנַיִךְ, Ezech.

Ezech. 16. v. 33., pretia, præmia tua; *LXX.*, & *Vulg. reddunt*, mercedes; *Dictionem tamen hanc nonnulli derivant a Radice* נדה.

נְדַן *m. Chald.* Vagina; & *metaphorice* corpus, *quod id spiritui sit, sicut* vagina *gladio, ut scribit Aben Esra*: בְּגוֹ נִדְנֶה, Dan. 7. v. 15., in media vagina, *h. e.*, in medio corpore, *sive* intra corpus; *Sed LXX. sunt interpretati*, ἐν ἕξει μου in habitu meo; *Vul. habet*, territus sum in his, *legisse videtur* נִדְמֶה, *a verbo* דָּמָה *in Niphal* exscindi.

* **נָדַע** *Idem, quod* יָדַע; *unde derivant* מַדָּע, & *Chald.* מַנְדַּע, *vide* ידע.

נדף Dispulit, impulit, depulit: *Futur.*, & *Infinit.* כְּהִנְדֹּף עָשָׁן תִּנְדֹּף sicut dispellitur fumus, sic dispellis (*eos*), Psal. 68. vers. 3. *Et defective, cum affix.*, & Nun *paragog.* יִדְּפֶנּוּ impellet eum, Job. 32. v. 13., תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ dispellit eam ventus, Psal. 1. vers. 4. *Niph. Præter.* נִדַּף depelletur, Jesa. 19. v. 7. *Partic.* נִדָּף impulsus, dispulsus, propulsatus, agitatus: קוֹל עָלֶה נִדָּף strepitus folii impulsi, *vel* agitati, Levit. 26. vers. 36., הֶעָלֶה נִדָּף, Job. 13. vers. 25., folium impulsum, propulsatum, *sive, ut habent LXX.*, & *Vulg.*, quod movetur, quod vento rapitur; הֶבֶל נִדָּף מְבַקְשֵׁי־מָוֶת, Prov. 21. v. 6., vapor (*cito evanescens*), *sive* vanitas impulsa, *vel* propulsa quærentium mortem; *Vulg. sensum sequutus vertit*, vanus, & excors est, & impingetur ad laqueos mortis; כְּקַשׁ נִדָּף, Isa. 41. v. 2., sicut stipulam impulsam, propulsatam, dispulsam; *Vulg. vertit*, sicut stipulam vento raptam: *Infinitiv. fuit antè in Kal.*

נדר Vovit: *Præter.* נָדַר נֶדֶר votum vovit, 2. Sam. 15. v. 8., נָדַרְתָּ לִּי vovisti mihi (illic votum), Genes. 31. v. 13. *Infin. contr.* לִנְדֹּר vovendo, votum nuncupando, Numer. 6. v. 2., Deut. 23. v. 23. *Imper.* נִדְרוּ וְשַׁלְּמוּ לַיהוָה vovete, & vota reddite Domino, Psal. 76. v. 12. *Futur.* תִּדֹּר vovebis, Deut. 12. v. 17., 23. v. 22., Eccl. 5. vv. 3. 4., *cum gemino præfix.* מִשֶּׁתִּדּוֹר, Eccles. 5. vers. 4., quam quod voveas; *LXX. reddunt*, quam vovere; *Vulg.*, quam post votum (promissa non reddere); *Joa. Simon*, ex quo vovebis; יִדֹּר vovet; וַיִּדַּר & voverit, & vovit;

vovit ; תִּדֹּר voverit ; *Plur.* וַיִּדְּרוּ , & voverunt , Jon. 1. vers. 16.

נֶדֶר , & נֵדֶר *m.* Votum , Num. 30. vers. 14. *Cum. affix.* נִדְרִי votum meum , 2. Sam. 15. vers. 7 , נִדְרָהּ *f.* votum ejus; *Plur.* נְדָרִים vota , Jon. 1. v. 16. *Cum affix.* נְדָרַי שִׁלַּמְתִּי vota mea reddidi , Prov. 7. v. 14., לִנְדָרַי , Psal. 61. v. 6., vota mea : *Vulg. reddit* , orationem meam ; מִנִּדְרֵיכֶם præter vota vestra , Num. 29. v. 39., נְדָרֶיהָ vota ejus; לִנְדָרֶיהָ in votis ejus ; נִדְרֵיהֶם vota eorum , Lev. 22. v. 18.

* נָדוֹשׁ *Vide supra in* דוש.

נהג Duxit , abduxit , abegit ; adduxit , deduxit , induxit ; & *metaphorice* rexit , gubernavit : *Item intransitive* duxit se , ductus est , incessit : *Præter.* אוֹתִי נָהַג , Thren. 3. v. 2., me duxit ; *Vulg.* , me minavit ; *Plur.* נָהֲגוּ לִפְנֵי , 1. Sam. 30. vers. 20. , abduxerunt , duxerunt ante ; *sive, juxta Joa. Simonem* , incesserunt , incedebant ante ; *Vulgat. vertit* , minavit ante faciem suam : *Part.* נֹהֵג ducens , ductor , dux , Psal. 80. v. 2., *Plur.* נֹהֲגִים ducentes erant , ducebant , 1. Sam. 6. vers. 3. *Partic. Pahul plur.* נְהוּגִים adducti , *Vulg.* , adducantur , Isa. 60. vers. 11. *Imper.* נְהַג duc , 2 Reg. 4. v. 24. *Futur. cum affix.* אֶנְהָגֲךָ deducam te , Cant. 8. v. 2., יִנְהַג ducet , minabit , Isa. 20. v. 4., & *in pausa* יִנְהָג , 2. Reg. 9. v. 20., ducet ; *Joa. Simon habet* , incedit ; *Vulg. vertit* , graditur ; וַיִּנְהַג & duxit ; *Vulg.* , tulitque , Gen. 31. v. 18. , *Plur.* יִנְהָגוּ , Job. 24. v. 3., ducent ; *sed melius, juxta Vulgatum* , abegerunt ; *Cum præfix.* וַיִּנְהֲגוּ , 1. Sam. 30. vers. 22., & abducant ; *Vulg. autem eleganter reddit* , (quos) cum acceperint ; וַיִּנְהֲגוּ , 1. Sam. 30. v. 2., & adduxerunt. *Pih.* נִהַג cito duxit , induxit , adduxit : *Præter.* נִהַגְתָּ עַמְּךָ duxisti populum tuum , Iesa. 63. v. 14. *Partic. plur. f.* מְנַהֲגוֹת , Nah. 2. v. 8. , ducentes , ductores ; *LXX.* , & *Vulg. reddunt* , minabantur : *Futur.* וַתְּנַהֵג , & abduxisti , *sive* ut abigeres , Gen. 31. v. 26., יְנַהֵג adducet , Deut. 4. v. 27., וַיְנַהֵג & adduxit , & induxit , Psalm. 78. vers. 26., *Cum affix.* יְנַהֲגֵנוּ , deducet , reget nos , Psal. 48. v. 15., יְנַהֶגְךָ adduxerit , introduxerit te , Deut. 28. vers. 37., וַיְנַהֲגֵהוּ בִּכְבֵדֻת , Exod. 14. vers. 25., duxit , *vel* egit eum cum gravi-

gravitate, graviter, violenter, *vel* magno cum impetu jactavit; *Vulgat. sensum optime expressit, videl.*, ferebanturque in profundum, *quo certe* gravia, *maxime si* violenter agantur, *tendunt*; יְנַהֲגֵם ducet, reget eos, Isa. 49. vers. 10., וַיְנַהֲגֵם, & duxit, perduxit eos, Psal. 78. vers. 52. *Vide, quod sequitur.*

מִנְהָג *masc.* Ductus; וּמִנְהָג כְּמִנְהַג יֵהוּא & ductus sicut ductus Jehu (*est*), *Vulg. reddit*, est autem incessus quasi incessus Jehu, 2. Reg. 9. vers. 20., *ubi & constructum. Apud Rabbinos etiam est* ritus, consuetudo.

נהה Lamentatus est, lamentum edidit. *Præter.* וְנָהָה נְהִי נִהְיָה, Mich. 2. vers. 4., & lamentabitur lamentum, *sive* & ejulabitur ejulatu, *vel* planctu lamenti, *idest*, planctum summum; *& qui sic vertunt*, נִהְיָה *sumunt pro nomine substantivo, a* נָהָה lamentari; *Alii vero* נִהְיָה *derivant a verbo* הָיָה fit, factum est; *unde reddunt*, ejulabitur ejulatu, qui fit (*in summis scil. calamitatibus*); *vel ita*, & lamentabitur lamentator lamentum: Factum est, *&c. Sed LXX. sunt interpretati*, καὶ θρηνηθήσεται θρῆνος ἐν μέλει plangetur planctus in cantico, in carmine; *& Vulg. habet*, cantabitur canticum cum suavitate; *ubi sensum sequutus est*; *Nam, ut ex orationis serie patet*, parabola, *sive* proverbium *ab hostibus erat Hebræis moerentibus objiciendum*, cum risu *profecto*, *&* sanna, *adeoque* cum suavitate *Imper.* נְהֵה, Ezech. 32. v. 18., ede lamentum, conquerere, lamentare, ejula; *LXX. vertunt*, θρήνησον plange, *Vulg.*, cane lugubre. *Niph. Futur. plur.* וַיִּנָּהוּ, 1. Sam. 7. v. 2., & lamentati sunt, & ejularunt; *LXX. habent, in singul*, καὶ ἐπέβλεψε & respexit; *Vulg.*, & requievit; *legebat* וַיִּנָּחוּ; *Ita Chald. vertit* וְאִתְנְהִיאוּ & quieti fuerunt; *ita quoq. Jonathan interpres. Vide verbum* הָיָה.

נְהִי *m.* Lamentum, planctus, ejulatus, Jerem. 9. v. 18., 31. v. 15., Mich. 2. v. 4., *& in pausa* נֶהִי *idem*, Jerem. 9. vv. 17. 19., Amos 5. v. 16.

נִהְיָה *m.* Lamentabile, *vel* lamentum, Mich. 2. v. 4., *vide tamen supra in verbo* נָהָה.

נֹהַּ *m.* Lamentum, lamentatio, Ezech. 7. vers. 11., *sed a LXX. redditur*, cum festinatione; *a Vulg.*, requies.

נִי *m.*,

ני *m.*, *Unde cum affix.*, *& præfix.* בְּנִיהֶם, Ezech. 27. verf. 32., in lamento, *five* ejulatu fuo; *Vulg. reddit*, carmen lugubre.

נהל Duxit, deduxit, *proprie* commodé, leniter, *ut bonus paftor folet*; *nam in bonum fumitur*: *Unde metaphorice* fuftentavit, bajulavit, educavit, nutrivit, enutrivit, quietem præftitit; *in Kal inufit. Inde Pih. Præter.* נֵהַלְתָּ commodé ducis, deduxifti, *& juxta Vulg.* portafti, Exod. 15. v. 13. *Partic.* אֵין־מְנַהֵל לָהּ, Ifa. 51. verf. 18., non erat ductor ei; *Vulg. habet*, non eft, qui fuftentat eam: *Futur.* וּתְנַהֲלֵנִי, Pfal. 31. v. 4., & deducito me; *Vulg.*, & enutries me; יְנַהֵל, Ifa. 40. verf. 11., leniter ducet, deducet; *Vulg.*, portabit; *Cum affix.* יְנַהֲלֵנִי, Pfal. 23. v. 2., deducet me; *Vulg.*, educavit me; יְנַהֲלֵם, Ifa. 49. v. 10., deducet eos; *Vulg. egregie fenfum expreffit reddens* potabit eos; *& cum præfix.* וַיְנַהֲלֵם בַּלֶּחֶם, Gen. 47. verf. 17., & duxit, deduxit eos in pane, *h. e.*, fecit eos vivere pane (illo anno); *LXX. vertunt*, & enutrivit eos panibus; *Vulg.*, fuftentavitque eos; *Sed* וַיְנַהֲלֵם מִסָּבִיב, 2. Paral. 32. verf. 22., clementer eos agebat, alebatque per circuitum; *LXX.*, *& Vulg. habent*, & præftitit eis quietem per circuitum; *Plur. cum affix.* וַיְנַהֲלוּם, 2. Paral. 28. v. 15., & duxerunt, & deduxerunt eos; *Vulg.*, & impofuerunt eos. *Hithp. Futur. cum* ה *paragog.* אֶתְנַהֲלָה לְאִטִּי, Gen. 33. verf. 14., ducem præbebo me, *vel* leniter incedam, *proprie*, *ut notat Joa. Simon*, ducam me; *Sed LXX. funt interpretati*, ἐγὼ δὲ ἐνισχύσω ἐν τῇ ὁδῷ κατὰ σχολήν, ego autem invalefcam in via fecundum tarditatem; *Vulg. reddit*, & ego fequar paullatim.

נַהֲלָל, *&* נַהֲלֹל Naalol, *nom. propr. civitatis Levitarum in Tribu Zabulon*, Jof. 19. v. 15., 21. verf. 35., Jud. 1. verf. 30.

נהם Rugiit, fremuit, gemuit, *Leonum propriè*: *Præter.* וְנָהַמְתָּ gemafque (in noviffimo tuo), Prov. 5. v. 11., וּנְהַמְתֶּם & gemetis, Ezech. 24. v. 23. *Particip.* אֲרִי נֹהֵם leo rugiens, Prov. 28. v. 15. *Futur.* וְיִנְהֹם, Ifa. 5. vv. 29. 30., & rugiet, fremet, frendet, fonabit (*cum impetu*), *ita Vulg.*, *& alii*.

* מִנְּהֶן , מִנְהוֹן , מִנְּהֶן , מִן *Vide supra in* מִן *pag.* 654., 656.

נַהַם *m.* Rugitus, Prov. 20. verf. 2. *Fœm.* נְהָמָה fremitus: *Constr.* כְּנַהֲמַת יָם, Ifa. 5. verf. 30., fecundum fremitum maris; *LXX.*, *Vulg.*, *& alii habent*, ficut fonitus, ficut fremitus maris; מִנַּהֲמַת לִבִּי, Pſal. 38. v. 9., ex fremitu, *five* præ fremitu cordis mei; *LXX.*, *& Vulg. reddunt*, a gemitu cordis mei.

נהק Rudit, *afinorum propriè*: *Sed metaphorice tribuitur quoque hominibus præ* gemitu clamantibus: *Futur.* הֲיִנְהַק פֶּרֶא, Job. 6. v. 5., an rudit onager? *LXX.*, nunquid fruftra clamabit? *Sym.*, nunquid gemit præ fame? *Vulgat.* nunquid rugiet onager; *Plur.* יִנְהָקוּ, Job. 30. verf. 7., rudebant; *LXX.*, *& alii vertunt*, clamabant, *five* clamabunt; *Vulgat. fenfum expreffit*, *dum vertit*, lætabuntur; *nam*, *qui loca inveniunt*, *ubi latitare valeant*, *certe* lætantur.

נהר Fluxit, profluxit, confluxit, *fed metaphorice de hominum* concurfu *femper ufurpatur*. *Item* fplenduit, illuxit, illuminavit, illuminatus eft. *Nam*, *ut notat Pag.*, *hoc verbum fignificat* copiam, *&* affluentiam cum celeritate, *&* proclivitate, *q. d.* procurrere, perlabi; *ac proinde dicitur interdum de* luce, *quæ* fluminis *more late* diffunditur; *fed lingua magis Chald.*, *& Syr. Præterit. f.* וְנָהַרְתְּ, Ifa. 60. v. 5., & conflues, & afflues, *five*, *ut habet Joa. Simon*, & proflues, *i. e.*, amplificaberis inftar fluminis copiofe manantis; *quidam alii vertunt*, & illuminaberis; *Plur.* וְנָהֲרוּ & fluent, confluent, Ifa. 2. v. 20., Jerem. 31. v. 12., Mich. 4. v. 1., *Sed in paufa* וְנָהָרוּ, Pfalm. 34. v. 6., & confluent, confluxerunt; *Vulg.*, *& alii reddunt*, & illuminamini, & illuminati funt: *Vide*, *quæ fequuntur inter nomina*: *Futur. plur.* וְלֹא יִנְהֲרוּ & non confluent, Jerem. 51. v. 44.

נָהָר *m.* Fluvius, flumen, *ab aquis* confluentibus *effectum*, *cujus* fluxus *perennis eft*, Num. 24. v. 6., *&c. Cum præfix.* בַּנָּהָר in flumine, per flumen, Pfal. 66. v. 6., מֵעֵבֶר לַנָּהָר trans flumen, 1. Reg. 14. v. 15. *Constr.* נְהַר פְּרָת flumen Euphratis, Gen. 15., verf. 18., *Cum præfix.* בַּנָּהָר in fluvium, fluvio; מִנָּהָר à flumine: *Duale* נַהֲרַיִם, *& in paufa* נַהֲרָיִם

נַהֲרַיִם duo fluvii, duo flumina; *& in textu jungitur semper cum voce* Aram, *ut* אֲרַם נַהֲרַיִם, Gen. 24. v. 10., in Syriam duorum fluminum, *h. e.*, Mesopotamiam versus, *quæ videl. sita est Euphratem inter & Tigrim*; *ita* Deut. 23. v. 5., Jud. 3. vers. 8., Psalm. 60. v. 2. *Plur.* נְהָרִים flumina, Isa. 33. vers. 21., אֲשֶׁר־בָּזְאוּ נְהָרִים אַרְצוֹ, Isa. 18 vv. 2. 7., cujus diripuerunt flumina terram ejus, *sive* cujus terram fluvii, *h. e.*, *populi ingentes*, deprædati sunt; *Cum præfix.* בַּנְּהָרִים contra flumina, in fluminibus, Hab. 3. v. 8., הֲבִנְהָרִים, an, nunquid contra flumina, in fluminibus? Hab. 3. v. 8. *Constr.* נַהֲרֵי, Job. 20. vers. 17. *Fœm.* נְהָרוֹת flumina, Jes. 19. vers. 6. *Constr.* נַהֲרוֹת בָּבֶל flumina Babel, 2. Reg. 5. v. 12. *Cum affix.* בְּנַהֲרוֹתֶיךָ *m.* per flumina tua, in fluminibus tuis; וְנַהֲרֹתַיִךְ & flumina tua; נַהֲרֹתֶיהָ flumina ejus; נַהֲרֹתָם flumina eorum.

נְהַר *m. Chald. significat idem ac super. In statu emphat.* נַהֲרָא *vel* נַהֲרָה flumen, Esr. 4. v. 10. *Constr.* נְהַר דִּי־נוּר fluvius ignis, Dan. 7. v. 10.

נְהָרָה *f.* Splendor, Job. 3. v. 4., *ex Chaldaica significatione*, *ut sequitur*.

נְהוֹרָא *Chald. f.* Lux, Dan. 2. v. 22. *Vide* נְהַר *Chald.*

נַהִירוּ *fœm. Chald. per apocopam pro* נַהִירוּת, Dan. 5. vv. 11. 14., lux, splendor, illustratio, *& juxta Vulg.* scientia, *quæ mentem* illustrat; *Radix est* נְהַר lucere, splendere: *apud Chaldæos. Ex ea significatione etiam quidam Hebraicè verbum exponunt* Psal. 34. v. 6., Jesa. 60. v. 5.

מִנְהָרוֹת *f.* Specus, *per antiphrasin*, *quasi minimè* lucidæ, *vel quòd homines in eas* confluerent, Jud. 6. v. 2.

נוא *vel* נֹא Abrupit, improbavit, avertit, elongavit: *Futur. plur. cum* Nun *paragog.* תְּנוּאוּן, Num. 32. v. 7., *ubi tamen Massorethæ legendum monent*, תְּנִיאוּן *ex Hiph.*, avertitis, elongatis, *ita Joa. Simon*, *& juxta alios quosdam*, frangetis; *Vulg. habet*, (cur) subvertitis? *Hiph.* הֵנִיא rupit, irritum fecit, fregit, infregit, *vel* infringere fecit, Numer. 30. vv. 6. 12., *ubi Vulgat. vertit*, contradixerit, *&* Psalm. 33. vers. 10., reprobat: *Futur.* יָנִיא infregerit, *vel*, fecit, ut infringeret, *Vulgat.* contradixerit, Numer. 30. vers. 9., תְּנוּאָה *vide inter nomina*:

 Et

Et per Apocopam, יָנִי irritum fecerit, Psal. 141. vv. 1. 5., *sed LXX.*, *& Vulg. Ibidem reddunt*, non impinguet, *id est*, non pelliciat, & vincat; *Plural.* וַיָּנִיאוּ et ruperunt, Num. 32. v. 9., *Vulg. habet*, subverterunt. *Vide*, *quæ sequuntur*.

נָא *m.*, Exod. 12. v. 9., *a LXX. redditur*, ὠμὸς, *a Vulg.*, crudus; *ab aliis*, semicoctus, *q. d. a maturitate*, *& perfectione* elongatus, *vel* abruptus.

תְּנוּאָה *f.* Abruptio, ruptura, fractura, ultio, quærela, poena, aversio, elongatio; *discrepant siquidem inter se Interpretes*: *Cum affix.* תְּנוּאָתִי abruptionem meam, Num. 14. v. 34., *Vulg. reddit*, (& scietis) ultionem meam; *Plur.* תְּנוּאוֹת abruptiones, Job. 33. v. 10., *quibus scil. conatur* irritum reddere, *&* infringere *institutum meum*, *quasi* irritationes *dicas*, *ab* irritus, *vel* irritum reddere. *R. Levi exponit*, occasiones, *quasi* תּוֹאֲנוֹת, *per litterarum transpositionem*; *LXX. sunt interpretati*, μέμψιν δὲ accusationem autem; *Vulgat.*, *& Targum* querelam (in me reperit); *Alii vertunt* contritiones, aversiones, discessus.

manus, *aut pedes ligabantur*. *Cum præfix.* בַּנְחֻשְׁתַּיִם in numellis, in compedibus, catenis, Jud. 16. verf. 21, 2. Reg. 25. v. 7., *&c.*, לִנְחֻשְׁתַּיִם in numellas, *juxta Vulg.* compedibus, 2. Sam. 3. v. 34.

נְחֻשְׁתָּא Nehuſta, *nom. propr. mulieris*, 2. Reg. 24. v. 8.

נְחֻשְׁתָּן *m.* Nechuſtan, *juxta Vulgat.* Noheſtan, *nom.* ænei *illius ſerpentis*, *quem Moſes in deſerto exaltavit*, *quemque poſtea Ezechias combuſſit*, 2. Reg. 18. v. 4.

נחת Deſcendit, *propriè Chaldaicum eſt*: *Futur.* וַתִּנְחַת עָלַי & deſcendit ſuper me: *vel tranſitivè*, *juxta quoſdam*, deſcendere feciſti, demiſiſti ſupra me (manum tuam), *juxta Vulg.* confirmaſti ſuper me, Pſal. 38. v. 3., *&* *defective* תֵּחַת, Prov. 17. v. 10., deſcendet, *i. e.*, altius in animum penetrabit, plus commovet, *&* *juxta Vulgat.* plus proficit; מִי־יֵחַת עָלֵינוּ, Jerem. 21. v. 13., quis deſcendet, quis ſternetur ſuper, *vel* contra nos? *Vulg. tamen*, *&* *alii referunt ad* חָתַת, *atque vertunt*, quis percutiet, *vel* confringet nos? *Vide ſupra in* חָתַת; *Plur. irregul. cum* Dageſch, יֵחָתּוּ, Job. 21. v. 13., deſcendent. *Niph.* נִחַת deſcendere factus, demiſſus, depreſſus, impreſſus, infixus eſt innitendo: *Præterit.* וְנִחֲתָה, 2. Sam. 22. v. 35., & deſcendat, & deprimatur (arcus), *hoc eſt*, *ut expedita promptitudine quævis arma tractaret David*; *Vulg. reddit*, componens: *Vide in* חָתַת, יָנַח, נוּחַ: *Plur.* נִחֲתוּ deſcendere factæ, demiſſæ, infixæ ſunt (in me), Pſal. 38. v. 3. *Reliqua*, *quæ hinc eſſe poſſent*, *pertinent ad* חָתַת. *Pih.* נִחַת; *unde Infin.*, *vel potius Imper.* נַחֵת, Pſal. 65. v. 11., deſcendere fac, deprime, ſubige, demitte, *Vulgat. ibidem ſenſum expreſſit*. *Hiph. Imper.* הַנְחַת, Joel. 4. v. 11., fac, ut deſcendant, demittant ſe ſe, *vel ut reddit Joa. Simon*, demitte, deduc; *Vulg. habet*, occumbere faciet.

נחת *Chald. ſignificat idem ac ſupra*: *Partic. præſens* נָחֵת deſcendens, Dan. 4. vv. 10. 20. *Aphel* אַחֵת, *pro* אַנְחֵת, *vel* אַחֵת deſcendere fecit, poſuit, depoſuit, repoſuit, reportavit, *&c. Inde Partic. plur.* מְהַחֲתִין repoſitæ erant, *vel* reponebant, Eſræ 6. v. 1., *cum* ה *characteriſtico*, *ut ſæpè alias*: *Imper.* אַחֵת, *irregulariter pro* אַנְחֵת, deſcendere fac, deduc, deporta, pone, Eſdr. 5. v. 15. *Futur.* וְיַחֵת & repo-

repones, *juxta Vulg.* & reposita sunt (vasa), Esr. 6. v. 5. *Hoph. Præter.* הָנְחַת descendere factus, depositus est, Dan. 5. v. 20.

נַחַת, *& in pausa* נָחַת *m.* Descensus, demissio, positio, accubatio, *seu* requies: עַל־עָפָר נָחַת in pulvere, cum pulvere descensus, requies (mihi), Job. 17. v. 16. *Cum præfix.* וְנַחַת שֻׁלְחָנְךָ, Job. 36. v: 16., & demissum, & depositum (*ferculum*) mensæ tuæ, *h. e.*, *fercula*, *quæ in* mensam tuam deponuntur, *plena erunt pinguedine*; *LXX. sunt interpretati*, καὶ κατέβη τράπεζά σου & descendit mensa tua, *legebant* וְנָחַת & descendit; *Vulgat. autem vertit*, requies autem mensæ tuæ erit, *a* נוּחַ requievit: וְנַחַת זְרוֹעוֹ, Isa. 30. v. 30., & descensum brachii sui (ostendet); *LXX.*, *& Vulg. reddunt*, & terrorem, & furorem brachii sui; *derivabant a* חָתַת territus fuit. *Vide in* יָנַח, נוּחַ.

נַחַת Nahath, *nom. propr. viri*, Gen. 36. v. 13., 2. Paral. 31. v. 13.

נָחֵת *m. Inde plural.* נְחִתִּים, 2. Reg. 6. v. 9., demissi, absconditi (*sunt*), *sive*, *ut habet Joan. Simon*, descendentes, paullo post descensuri: *Sed LXX. verterunt*, κεκρύπται abscondita est (Syria in insidiis); *Vulgat. reddit*, in insidiis sunt. *Est autem* נְחִתִּים *pro* נְחִיתִים, *ex forma nominis participialis passivi Chaldaici. Nam de Syris propheta illic loquens, voce Syra utitur.*

נָטָה Inclinavit, extendit se, declinavit, deflexit, divertit: *Et active*, inclinavit, extendit, tetendit, intendit: *Præt.* נָטִיתָ יְמִינְךָ extendisti dexteram tuam, Exod. 15. v. 12.; *Plur.* נָטוּ extenderunt, tetenderunt, Isa. 45. vers. 12., *& mutata tertia radicali* ה *in* Jod, נָטָיוּ *juxta Massor.*, *sed scribitur* נָטוּי, Psalm. 73. v. 2., declinaverant, nutarunt, moti sunt: *Partic.* נוֹטֶה, *&* נֹטֶה extendens, Psalm. 104. v. 2., Job. 9. v. 8., 26. v. 7., Isa. 44. v. 24., *item*, inclinans, *i. e.*, imponens, 1. Paral. 21. v. 10. *Cum affix.* וְנוֹטֵיהֶם & extendens eos, Isa. 42. v. 5., *ubi* Jod *est pro tertia radicali* ה, *ut quibusdam videtur*; *Alii in plur. accipiunt*, *atque arbitrantur hic Trinitatem personarum denotatam*; *sicuti unitas essentiæ in participio singulari præcedenti significatur*. *Partic. Pahul* נָטוּי extenden-

tensus, extensum, Ezech. 1. v. 22., inclinatus, Psalm. 62. vers. 4., 102. v. 12., *fœm.* נְטוּיָה extensa, Deut. 4. v. 34., Exod. 6. v. 6., *ubi Vulg. reddit*, excelso; *Plur.* נְטוּוֹת, Isa. 3. v. 16., *mutata tertia rad.* ה *in* ו *mobile*, *quod legendum per* Jod, extentæ, *h. e.*, extento (gutture): *Infin.* עַד־נְטוֹת donec inclinet, *& juxta Vulg.* increscat (dies), Jud. 19. vers. 8., כִּנְטוֹת juxta extendere, Jos. 8. v. 19., לִנְטוֹת ad declinandum, ut devies, Exod. 23. v. 2., Num. 22. v. 26., Psalm. 17. v. 11., *Sed* 2. Reg. 20. v. 10. *Vulg. reddit* (umbram) crescere, *i. e.*, uno momento percurrere (decem gradus): *Cum aff.* בִּנְטֹתִי in extendere me, cum extenderim, Exod. 7. vers. 5., כִּנְטוֹתוֹ sicut declinare ipsam (umbram), ut declinet, cum declinat, Psalm. 109. vers. 23. *Imper.* נְטֵה extende, Exod. 7. v. 19., 8. v. 1., 9. v. 22., 10. vv. 12. 21., 14. vv. 16. 26., *ubi semper sequitur* יָד, *quod per ellipsin omittitur* Jos. 8. v. 18., *Item* declina, diverte, 1. Sam. 14. v. 7., 2. Sam. 2. v. 21. *Futur.* תֵּט, declines, Prov. 4. vv. 5. 27., יִטֶּה extendet, *& juxta Vulg.* mittet, Job. 15. vers. 29., *& per apocopen* יֵט & extendet, Soph. 2. vers. 13., *item* וַיֵּט, *&* וַיֵּט־ & tetendit, extendit, divertit, inclinavit: *Fœm.* תִּטֶּה declinabit, Job. 31. v. 7., *sed* וַתֵּט & declinavit, divertit, Num. 22. vv. 23. 33., Psal. 44. v. 19., *Plur.* נִטֶּה divertemus, Numer. 21. v. 22., וַיִּטּוּ & declinarunt, 1. Sam. 8. v. 3. *Niph. præterit. plural.* נָטְיוּ, *mutata tertia radic.* ה *in* Jod, extensi sunt, extenduntur, Num. 24. v. 7. *Futur.* יִנָּטֶה extendetur, Zach. 1. v. 16., *Plur.* יִנָּטוּ extenduntur, *i. e.*, longiores fiunt, *vel* inclinant se, inclinantur, Jerem. 6. v. 4. *Hiph.* הִטָּה fecit, *aut* curavit divertere, reflectere, secedere: Advertit, avertit, pervertit, inflexit, inclinavit, admovit: *Præter.* הִטָּה אָזְנוֹ לִי inclinavit aurem suam mihi, Psal. 116. v. 2., וְעָלַי הִטָּה חֶסֶד & super, *vel* erga me advertit benignitatem, Esra. 7. vers. 28., *Cum affix.* הִטָּהוּ declinavit, *vel* declinare fecit eum, Isa. 44. v. 20., *Fœm.* הִטָּתָה: *inde cum affix.* הִטַּתּוּ deflexit, divertere fecit eum, Prov. 7. v. 21., הִטִּיתִי inclinavi, Prov. 5. v. 13., *Plur.* הִטּוּ inclinarunt, 1. Reg. 11. vers. 4., Jerem. 7. vv. 24.

vv. 24. 26., *item* declinare fecerunt, averterunt, Jerem. 5. v. 25., Amos. 5. v. 12., הִטִּיתֶם inclinastis, Jer. 25. v. 4., 35. v. 15. *Partic.* מַטֶּה inclinans, flectens, Deut. 27. v. 19., *Plur.* וּמַטִּים & declinantes, Prover. 24. v. 11., וְהַמַּטִּים & declinantes, Psal. 125. vers. 5. *Constr.* וּמַטֵּי & inclinantes, declinare facientes, avertentes, Malach. 3. v. 5. *Infin.* לְהַטּוֹת ad declinandum, inclinandum, deflectendum, flectendum, Exod. 23. v. 2., *&c.*, *Cum affix.* לְהַטֹּתָהּ inclinare, deflectere, divertere eam, Num. 22. v. 23. *Imper. m.* הַטֵּה, 2. Reg. 19. v. 16., Psal. 31. v. 3., *&c.*, *& per apocopen* הַט, Psal. 17. v. 6., Prov. 4. v. 20., *&c.*, הַטִּי *f.*, Gen. 24. v. 14., Psal. 45. v. 11., inclina; *Plur.* הַטּוּ inclinate, declinate: *Futur.* אַטֶּה extendam, Jerem. 6. v. 12., *item* inclinabo, Psalm. 49. vers. 5., *& per apocopen* אַט, *in pausa* אָט declino, Job. 23. v. 11., *item* divertere faciam, Hose. 11. v. 4., *sed cum præfix.* וָאַט & extendi, Jerem. 15. v. 6., תַּטֶּה inclinabis, Exod. 23. v. 6., *&c.*, *& per apocopen* תַּט avertas, inclines, Psal. 27. v. 9., 141. v. 4., יַטֶּה extendet, Isa. 31. v. 3., וַיֵּט & inclinavit, 2. Sam. 19. v. 15., Esdr. 9. v. 9., *& cum affix.* יַטְּךָ avertat te, Job. 36. v. 18., יַטֶּנּוּ inclinat illum, Prov. 21. v. 1., וַיַּטֵּהוּ & fecit divertere eum, 2. Sam. 3. v. 27., 6. v. 10., 1. Paral. 13. v. 13., וַתַּטֵּהוּ & tetendit illud, 2. Sam. 21. vers. 10., *Plur.* יַטּוּ inclinabunt, avertent, extendunt, pervertunt. *Hohp. partic.* מֻטֶּה, Ezech. 9. vers. 9., perverso judicio, *juxta LXX.* iniquitate, *juxta Vulg.* aversione; *Plur. f.* מֻטּוֹת, Isa. 8. v. 8., extensæ, extensiones.

מִטָּה *f.* Lectus, lectulus, *sic dictus quasi* reclinatorium: *item* feretrum, *in quo homo mortuus* extenditur, *&* componitur, *ita* 2. Sam. 3. v. 31. *Metaphorice* lecti *nomine designatur* locus, in quo exercetur idololatria, *sive* spiritualis scortatio, *&* cubatio, *ita* Ezech. 23. v. 41. *Cum præfix.* וַיִּשְׁתַּחוּ יִשְׂרָאֵל עַל־רֹאשׁ הַמִּטָּה, Gen. 47. v. 31., & adoravit Israel ad caput lectuli, *h. e.*, *reclinando se ad caput lectuli sui*, *& juxta Vulg.* adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput: *Sed LXX. sunt interpretati*, καὶ προσεκύνησεν Ἰσραὴλ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ & adoravit Israel super sum-

fummitatem virgæ ejus, *supple* innixus: *LXX. sequutus* Paulus *ad* Hebr. 11. v. 21. *habet*, & adoravit faltigium virgæ ejus: *Itaque pro* הַמִּטָּה lecto, *LXX. legerunt* הַמַּטֶּה virgam; בְּמִטָּה in lectum, 1. Sam. 19. v. 15. *Constr.* מִטַּת lectus, 2. Reg. 4. v. 21. *Cum affix.* מִטָּתִי lectus meus, Pfalm. 6. v. 7., מִטָּתְךָ lectus tuus, Exod. 7. v. 28., מִטָּתוֹ, lectus fuus, *sive* ejus; *Plur.* מִטּוֹת lecti, Efth. 1. v. 7., Amof. 6. v. 4., 2. Reg. 11. v. 2., 1. Paral. 22. v. 10.

מַטֶּה *c.*, *sed sæpius m. tria significat*: I. Ramus, virga, *q. d.* extenfio arboris; *Constr.* מַטֵּה, Ezech. 19. vv. 12. 14., *Plur.* מַטּוֹת virgæ, Ezech. 19. v. 11. II. Scipio, baculus, *quasi* inclinatorium, *quod homo se in eo* inclinat, quiefcendi, *aut* fuftentandi *causa*; *aut quod* extendatur *ad indicandum, & faciendum aliquid*; *aut* facile inclinetur: *Metaphorice* robur, fulcimentum, fuftentaculum, alendi facultas; *sic* כָּל־מַטֵּה־לֶחֶם omne firmamentum, *sive* fuftentaculum panis, Pfalm. 105. v. 16., *quo in sensu occurrit* Lev. 26. v. 26., Ezech. 5. v. 16., 14. v. 13. *Cum affix.* מַטְּךָ & virga, & baculus tuus; בְּמַטְּךָ cum virga, cum baculo tuo; בְּמַטֵּהוּ virga, baculo fuo, Num. 20. v. 11. *Plur. cum affix.* מַטֹּתָם, Exod. 7. v. 12., *&* מַטּוֹתָם, Num. 17. verf. 21., virgæ, baculi eorum: III. Tribus, *metonymice*, *quod* virga, *cui inscriptum erat cujusque* Tribus *nomen*, *significaretur*, *ut est* Numer. 17., *aut quod sit familiæ* extenfio, Num. 1. v. 4., 2. vv. 5. 7., Jof. 20. v. 8., *&c. Constr.* מַטֵּה, Num. v. 49., Jof. 13. v. 29., *Plur. m.* מַטִּים Tribus; *cum affix.* מַטָּיו Tribus ejus, *juxta Vulg.* fceptra ejus, Habac. 3. v. 14., *Plur. f.* מַטּוֹת, *&* מַטֹּת Tribus, Numer. 1. v. 16., *&c.*, לְמַטּוֹת per Tribus, Num. 33. verf. 54., Jof. 19. v. 51., מִמַּטּוֹת ex Tribubus, Num. 36. v. 8.

מַטָּה, *& in pausa* מָטָּה Infra, inferne, infime, *quasi* inclinatum, deorfum, Deut. 28. v. 43., Prov. 15. verf. 25. *Cum præfix.* לְמַטָּה, *& in pausa* לְמָטָּה deorfum, infra, Deut. 28. v. 13., 2. Reg. 19. v. 30., Ezech. 1. v. 27., Ecclef. 3. v. 21., Efdr. 9. v. 13., 1. Paral. 27. v. 23., מִלְמַטָּה, *& in pausa* מִלְמָטָּה inferne, infra, *q. d.* ab ea parte, quæ eft deorfum, *vel* infra, Exod. 26. v. 24., 27. v. 5., 28. v. 27., 36. v. 29., 34. v. 4.

נָפַל

נְטַל Levavit, fuſtulit, impoſuit: *Conſtruitur cum præpoſitione* עַל, *& propriè Chaldaicum eſt*. *Præter*. נָטַל עָלָיו impoſuit ei, *juxta Vulg.* levavit ſuper ſe, Thren. 3. verſ. 28. *Partic.* נוֹטֵל עָלֶיךָ impono *vel* propono tibi, 2. Sam. 24. v. 12. *Futur.* יִטּוֹל ſublaturus eſſet, Iſa. 40. v 15., *Sed LXX. in plural. reddiderunt*, λογισθήσονται reputabantur; *Sym. & Theod. habent*, ἐκπίπτον decidens; *aliis eſt*, tollitur, projicitur; *a Vulgat. prætermiſſum eſt*. *Pih.* נִטֵּל: *Inde futur cum affix.* וַיְנַטְּלֵם, Iſa. 63. v. 9., & levavit, & fuſtulit eos. *Vide in* טול.

נְטַל *Chald. idem ac ſupra*: *Præterit.* נִטְלֵת levavi, fuſtuli, Dan. 4. v. 31. Et *Præter. paſſ. Pehil fœm.* וּנְטִילַת & efferebatur, *& juxta Vulg.*, *alioſque* & ſublata eſt, Dan. 7. verſ. 4.

נֵטֶל *m.* Onus, pondus, Prov. 27. v. 3.

נְטִיל *m.* Oneratus, onuſtus, bajulus, portator: *Inde plural. conſtr.* נְטִילֵי כָסֶף, Soph. 1. v. 11., portatores argenti, *id eſt*, divites, *juxta Chald.*, *Sed LXX. verterunt*, οἱ ἐπηρμένοι ἀργυρίῳ qui erecti ſunt argento; *Vulgat. habet*, involuti argento.

* נִטְמֵינוּ נִטְמֵתֶם *Vide in* טָמָא.

נָטַע Plantavit, conſevit: *Item* fixit, infixit, *& in ſpecie* plantam terræ infixit, *ita LXX.*, *Aq.*, *Sym.*, *Theod.*, *Syr.*, *Vulg.*, *aliique*: *Præter.* נָטַע כֶּרֶם plantavit vineam, Deut., 20. v. 6., *& in pauſa* נָטָע plantavit, Pſal. 104. verſ. 16., *Cum affix.* נְטָעָהּ, Pſal. 80. verſ. 16., plantavit eam; *At aliis eſt fœm.* נָטְעָה plantavit: *ita* נָטַע, plantavit, Prov. 31. v. 16., *ubi Maſſor. habet* נָטְעָה; נָטַעְתָּ plantaſti, Deut. 6. v. 11. *&c.*, *Cum affix.* נְטַעְתָּם plantaſti eos, Jerem. 12. v. 2., נָטַעְתִּי plantavi, Eccl. 2. v. 4., *Cum affix.* וּנְטַעְתִּיהוּ & plantavi eum, 1. Paral. 17. verſ. 9., וּנְטַעְתִּים & plantabo illos, Jerem. 24. v. 6., 32. v. 41., *Plur.* נָטְעוּ plantaverunt: *Partic. cum præfix.* הַנּוֹטֵעַ plantans, Jerem. 11. v. 17., הֲנֹטַע an plantans, an qui plantavit? Pſalm. 94. v. 9., *Plur.* נֹטְעִים plantatores, Jerem. 31. v. 5. *Particip. Pahul* נָטוּעַ plantatum, quod plantatum eſt, Eccl. 3. v. 2., *Plur.* נְטוּעִים, Eccl. 12. v. 12., plantati, *juxta LXX.*, *& Aq.*, *Sed Theod.*, *Vulg.*, *aliique* red-

reddunt, defixi, *ut clavi*: *Infin.* לִנְטֹעַ, & לִנְטוֹעַ ad plantandum; *item forma imperfecta cum* ה *paragog.* לָטַעַת ad plantandum, Eccl. 3. v. 2. *Imper. plur.* וְנִטְעוּ & plantate, 2. Reg. 19. v. 29., Isa. 37. v. 30., Jerem. 29. vv. 5. 28. *Futur. defective* תִּטַּע plantabis, *&* תִּטְּעִי *f.* plantabis, Deut. 16. v. 21., 28. vv. 30. 39., Isa. 17. v. 10., Jerem. 31. vers. 5., *Cum affix.* וַתִּטָּעֶהָ & plantasti eam, Psal. 80. v. 9., וְתִטָּעֵמוֹ & plantabis eos, Exod. 15. v. 17., וַתִּטָּעֵם & plantasti eos, Psalm. 44. v. 3., וְיִטַּע & plantabit, & figet, Dan. 11. v. 45., וַיִּטַּע & plantavit, plantaverat, Gen. 2. v. 8., *&c.*, *Cum affix.* וַיִּטָּעֵהוּ & plantavit eam (*vineam*), Isa. 5. v. 2., *Plur.* תִּטְּעוּ plantabitis: וַיִּטְּעוּ & plantaverunt. *Niph. præter. plur. in pausa* נִטָּעוּ, Isa. 40. v. 24., plantantur, plantati sunt, *& juxta Vulg.* plantatus est. *Vide* מַטָּע *inter nomina*.

נְטַע *m.* Planta: *Constr.* נְטַע שַׁעֲשֻׁעָיו planta lætitiarum ejus, Isa. 5. v. 7. *LXX. ibidem verterunt*, νεόφυτον ἠγαπημένον novella plantatio dilecta; *a Vulgat. redditur*, germen ejus delectabile.

נֶטַע, *& in pausa* נָטַע *masc.* Planta, plantatio, plantatum: כְּמוֹ־נָטַע sicut planta, Job. 14. v. 9., *Constr.* נְטַע planta, Isa. 5. v. 7., *ubi Vulg. reddit*, germen: *Cum affix.* בְּיוֹם נִטְעֵךְ in die plantationis tuæ, Isa. 17. v. 11. *Plur.* וְיֹשְׁבֵי נְטָעִים & habitantes in plantationibus, inter plantationes, 1. Paral. 4. v. 23., *Cum præfix.* כִּנְטִעִים, Psal. 144. v. 12., sicut plantæ, *sed juxta LXX.*, *& Vulg.* sicut novellæ plantationes: *Constr.* נִטְעֵי נַעֲמָנִים plantas amœnitatum, *h. e.*, amœnissimas, *& juxta Vulg.* (plantabis) plantationem fidelem, Isa. 17. v. 10., *videtur legisse* נאמנים.

מַטָּע *m.* Planta, Isa. 61. v. 3. *Cum affix.* מַטָּעָה plantationis ipsius, Ezech. 17. v. 7. *Plur. constr.* לְמַטָּעֵי כָרֶם ad plantationes, *vel*, plantaria vineæ, Mich. 1. v. 6. *Cum affix.* מַטָּעָו plantarum ejus, Isa. 60. vers. 21., *vel* plantarum mearum: *Scribitur enim per* ו, *sed legitur, juxta Masorethas*, מַטָּעַי.

נָטַף Stillavit, destillavit, *& metaphorice* effudit verba, *id est*, loquutus est, vaticinatus est, prædicavit, *sed in Hiph. tantum*: *Præter.* נָטְפוּ מָיִם stillaverunt aquas, Judic. 5. v. 4.

5. v. 4. *Partic. plur. f.*, נֹטְפוֹת ſtillantia, Cant. 5. v. 13. *Futur.* תִּטֹּף מִלָּתִי ſtillabit, ſtillabat ſermo meus, verbum meum, Job. 29. v. 22., *Plur. m.* יִטְּפוּ ſtillabunt, Joel. 4. v. 18., תִּטֹּפְנָה *f.* ſtillabunt, Prov. 5. v. 3. *Hiph. Præter. plur.* וְהִטִּיפוּ & ſtillabunt, Amos 9. verſ. 13. *Partic. præſens*, מַטִּיף ſtillans, *vel* ſtillator, *quo* propheta *illic intelligitur*, Mich. 2. v. 11. *Imper.* וְהַטֵּף & ſtilla, *vel*, fac ut ſtillet, *id eſt*, prophetet, Ezech. 21. verſ. 2. *Futur.* אַטִּיף ſtillabo, *id eſt*, prophetabo, prophetiam eloquar, Mich. 2. verſ. 11., תַּטִּיף ſtillabis; *Plur.* אַל־תַּטִּיפוּ יַטִּיפוּן, לֹא־יַטִּיפוּ, Mich. 2. v. 6., ne ſtilletis ſermonem, *h. e.*, ne prophetetis, ſi prophetent, *i. e.*, ſi prophetetur, non prophetabunt, *ſive* ne prophetetur (*de iſtis ignominiis*); *LXX. habent*, ne flete lachrymis, non flebunt, non ſtillabunt; *Aq.*, ne ſtillate ſtillantes, non ſtillabunt; *Vulg.*, ne loquamini loquentes. Non ſtillabit.

נָטָף *m.* Stilla, gutta; *Plur. conſtr.* נִטְפֵי־מָיִם ſtillæ aquarum, Job. 36. v. 27. *Item* נָטָף *eſt* ſtacte, *gutta videl. myrrhæ, ſeu balſamum ſponte e ligno* ſtillans, *ſive ſuccus* defluens *ex arbore inciſa*, *ita* Exod. 30. v. 34.

נְטִיפָה *f.* Myrothecium, vaſculum ſtillatorium, ſtillationis *medium*: *Plural.* נְטִיפוֹת myrothecia, Jud. 8. v. 26., *quaſi* ſtillatoria, *aut* guttatoria *dicas*; vaſcula *ſcilic.* aurea, *in quibus ponebatur* נָטָף ſtacte, *aut* balſamum, *juxta Kimchium*, & *Rab. Levi*. *Et defectivè*, נְטִפוֹת, Iſa. 3. v. 19. *Rectius tamen LXX.*, *Theod.*, *Sym.*, *Vulg.*, *Joan. Simon*, *aliique exponunt* torques, ornamenta collaria, catenulas, monilia, inaures, *ex* margaritis *ſcil.*, ſtillarum inſtar, *puris*, & *pellucidis*.

נְטֹפָה Netupha, *nom. propr. urbis*, Eſdr. 2. v. 22.

נְטוֹפָתִי *vel* נְטֹפָתִי, Netóphathí, & *juxta Vulgat.* Netophati, Netuphati, & Netophathites, 2. Sam. 23. verſ. 28., 2. Reg. 25. v. 23., 1. Paral. 2. v. 54., 11. v. 30., Nehem. 12. v. 28., *nom. commune incolarum urbis* נְטֹפָה.

נטר Cuſtodivit, ſervavit, aſſervavit, *ſpecialiter de eo dicitur*, *qui* iram ſervat: *Præt.* נָטַרְתִּי cuſtodivi, Cant. 1. v. 6. *Et Chald. Præt.* נִטְרֵת ſervavi, Dan. 7. v. 28. *Partic.* וְנוֹטֵר & ſervans, ſervat, Nah. 1. verſ. 2. *Sed plur.*

לְנֹטְרִים

לַנֹּטְרִים cuſtodibus, Cant. 8. verſ. 11., לְנֹטְרִים cuſtodientibus, Cant. 8. v. 12. *Fœm.* נֹטֵרָה cuſtos, Cant. 1. v. 6. *Futur.* אֶטּוֹר ſervabo (*ſcil. iram*), Jerem. 3. verſ. 12., תִּטֹּר ſervabis, *juxta Vulg.*, memor eris, Lev. 19. v. 18., הֲיִנְטוֹר an ſervabit? Jerem. 3. v. 5., *& forma imperfecta*, יִטּוֹר ſervabit (*iram*), *juxta Vulg.* comminabitur, Pſalm. 103. verſ 9.

מַטָּרָה *f.* Cuſtodia, carcer, *ubi captivi, vincti* cuſtodiuntur, Jerem. 32. vv. 2. 8. 12., 33. v. 1., 37. v. 21., Nehem. 3. v. 25. *Item* ſignum, meta, ſcopus, *qui inter jaculandum ſollicite* obſervatur, *vel ex ſignificatione radicis Arab. a* ſpeculando, 1. Sam. 20. v. 20., Job. 16. v. 12. *Et cum* א *loco* ה, כַּמַּטָּרָא ut ſcopum, Thren. 3. v. 12. *Aliud vide ſupra poſt* מָטַר.

נָטַשׁ Miſit, *ſed vario ſenſu*: deſeruit, omiſit, permiſit, demiſit, emiſit, dimiſit, *etiam* in diverſas partes: *Hinc quandoque intranſitive* extendit, expandit, diffudit ſe: *Præter.* נָטַשׁ omiſit, 1. Sam. 10. verſ. 2., *Cum affix.* נְטָשָׁנוּ deſeruit nos, Jud. 6. v. 13., נָטַשְׁתָּ, 1. Sam. 17. v. 28., *& cum* ה *paragog.* נָטַשְׁתָּה, Iſa. 2. v. 6., deſeruiſti; *Cum affix.* נְטַשְׁתַּנִי dimiſiſti me, Gen. 31. v. 28., וּנְטַשְׁתָּהּ & derelinques eam, Exod. 23. v. 11., נָטַשְׁתְּ *f.* deſeruiſti; נָטַשְׁתִּי deſerui; *Cum affix.* וּנְטַשְׁתִּיךָ & deſeram te, Ezech. 29. v. 5. *Partic. Pahul. plur.* נְטֻשִׁים dimiſſi, diſſiti, diffuſi erant, 1. Sam. 30. v. 16. *Fœm.* חֶרֶב נְטוּשָׁה gladii dimiſſi, extenſi, Iſa. 21. verſ. 15. *Imper. m.* נְטוֹשׁ deſere, Prov. 17. v. 14. *Futur.* תִּטֹּשׁ deſeras, Prov. 1. v. 8., 6. v. 20., *Cum affix.* תִּטְּשֵׁנִי deſeres me, Pſalm. 27. v. 9., יִטּוֹשׁ, יִטֹּשׁ deſeret, 1. Sam. 12. v. 22., Pſal. 94. v. 14., *item* permittet, relinquet, Hoſe. 12. verſ. 15., וַיִּטֹּשׁ & demiſit, dereliquit, 4. Sam. 4. verſ. 2. *Cum affix.* יִטְּשֵׁנוּ deſeret nos, 1. Reg. 8. v. 57., וַתִּטֹּשׁ *f.* & expandit, diffudit ſe, 1. Sam. 17. vv. 20. 22., *Plur.* וְנִטֹּשׁ & deſeremus, Nehem. 10. v. 32., *Cum affix.* וַיִּטְּשֻׁהוּ & deſeruerunt eum, Ezech. 31. verſ. 12. *Niph. præter. fœm.* נִטְּשָׁה deſerta erit, Amos. 5. v. 2. *Plur.* נִטְּשׁוּ, Iſa. 33. v. 23., extenderunt ſe, dimiſſi, *i. e.*, diffuſi ſunt, relaxati ſunt; *LXX. habent*, dirupti ſunt; *Sym.* projecti ſunt;

 Vulg.

Vulg. laxati sunt: *Futur.* וַיִּנָּטְשׁוּ & diffuderunt se, Jud. 15. v. 9. *Pyh. præter.* נָטַשׁ desertum erit, Isa. 32. vers. 14., *Vulg. ibidem vertit*, demissa est (domus).

נְטִישׁוֹת *f.* Propagines, sarmenta, Isa 18. v. 5., *Vulg. ibidem sensum expressit*: *Item* pinnæ: *Cum affix.* נְטִישׁוֹתֶיהָ pinnas, propagines ejus, Jerem. 5. vers. 10.. נְטִישֹׁתַיִךְ propagines tuæ, Jerem. 48. v. 32. *Omnia ab* emittendo *dicta*, *quasi* emissiones *dicas*.

נִין *m.* Filius, Job. 18. v. 19., Isa. 14. v. 22., *a Vulg. ibidem redditur* semen, germen: *Cum affix.* וּלְנִינִי & filio meo, Gen. 21. v. 23. *Sic Chaldæus vertit* בַּר filius; *Vulg. autem habet*, & posteris meis; נִינָם, Psal. 74. v. 8., filius eorum, *juxta Targum*: *LXX. sunt interpretati*, ἡ συγγένεια αὐτῶν, *Vulg.* cognatio eorum; *& juxta Hieron.* posteri eorum: *R. Sal. habet* מושליהם dominatores ipsorum: *Vide id in* נָיַן.

מָנוֹן *m.*, Prov. 29. vers. 21., *a LXX. redditur* ὀδυνηθήσεται dolebit, dolore afficietur; *a Sym.* γογγυσμὸς murmuratio, *h. e. causa* murmurationis; *a Vulg.* contumax, *legisse videtur* מָדוֹן contentio, rixa; *& posito concreto pro abstracto*, contentiosus, rixosus, contumax. *Hebræis*, *& quibusdam aliis est* filius, *a* נִין *in Niphal*, *secundum eos*, sobolescere, filium fieri. *Hinc juxta eosdem verbum Futurum ex Niph.* יִנּוֹן שְׁמוֹ sobolescet, propagabitur nomen ejus, Psal. 72. v. 17., *quasi dicas*, filiabitur, *id est*, propagabitur, *sicut familia per continuam* filiorum *seriem*, *& successionem* propagari *solet*: *Sed a Vulg. ibidem* יִנּוֹן *redditur* permanet: *Aben Esra exponit*, יקרא בן vocabitur filius: *R. Salomon*, dominabitur, magnificabitur. *Apud veteres Hebræorum sapientes hoc inter nomina Messiæ refertur*, *ut videre est in Cod. Talmud. Pesachim cap.* 4. *fol.* 59., *& Cod. Nedarim*, *cap.* 4. *fol.* 39., *& in Cod. Sanhedrin cap.* 11. *fol.* 98., *ubi ita scriptum*: R. Jochanan dixit: Messiæ quod est nomen? Qui de schola R. Schela, responderunt, שִׁילֹה schilo, juxta illud: Donec veniat schilo, Genes. 49. v. 10. Et qui de schola R. Jannai, dixerunt: יִנּוֹן Jinnon, juxta illud: Jinnon est nomen ejus, Psal. 72. v. 17. Alii dixerunt, חֲנִינָא Chanina, juxta illud: Non dabo vobis חֲנִינָה gratiam, Jerem.

rem. 16. v. 13., *id est*, Messiam, qui gratiosus vocabitur: Alii מנחם Menachem, juxta illud: Longè recessit à me מְנַחֵם consolator, Thr. 1. v. 16., *id est*, Messias sic vocatus: Alii, חִיוָּרָא leprosus: juxta illud: Verè morbos nostros ipse pertulit, Isa. 53. v. 4. *Et ibidem, cum quidam quæsivisset, ubi esset Messias, responsum fuit*: יָתִיב אַפִּתְחָא דְרוֹמִי sedet in portis urbis Romæ, (*sic in Veneto exemplari legitur: at in Basileensi editione*, אַפִּתְחָא דְקַרְתָּא in porta urbis, *quod synecdochicè de* Roma *intelligendum*): & quod est signum ejus? Sedet inter pauperes portantes morbos, *id est*, leprosos, *ut scholiastes explicat*: *Hæc illic. Pluribus ibidem videtur, quomodo veteres de Messia, ejus nomine, & adventus tempore fuerint solliciti. Cum vero posteriores Judæi, prioribus illis pejores, animadvertissent, omnes terminos ab antiquis constitutos præteriisse, neque* Messiam, *qui illis quidem placeret, venisse, anathemate interdictum, ne quis tempus adventus ejus supputaret, ut pagina præcedenti ibidem legitur*: תִּפַּח רוּחָן שֶׁל מְחַשְּׁבֵי קִצִּין rumpatur spiritus eorum, qui supputant terminos.

נִיסָן *Vide infra in* נסן.

ניק Suxit, lactet; *in Kal Inusit. Quidam Radicem statuunt* נוק. *Inde Hiph.* הֵנִיק sugere fecit, lactavit, enutrivit: *Futur. cum affix.* וַתְּנִיקֵהוּ, Gen. 2. v. 9., & lactavit, lactabat eum, *& juxta Vulg.* enutrivit eum. *Vide etiam supra in* ינק.

ניר *In Kal inusit. Inde Hiph.* הֵנִיר novellavit, agrum de novo proscidit: *Imper. plur.* נִירוּ, Jerem. 4. vers. 3., Hose. 10. v. 12., novellate, novate, agrum de novo proscindite, agrum incultum colite. *Apud Rabbinos*, נרה שנה ראשונה novellat anno primo, & anno secundo serit.

נִיר *m.* Novale, Prov. 13. v. 23., Jer. 4. v. 3., Hose. 10. v. 12. *Aliam ejus significationem vide in* נור.

נכא Attrivit, contrivit. *Inde, ut quibusdam videtur, est Niph.* נִכָּא ictus, verberatus, percussus est: *Præterit. plur.* נִכְּאוּ percussi, icti, *sive*, profligati sunt, *& juxta Vulgat.* (& in terra) penitus non parentes, Job. 30. v. 8. *Sed* הַמְּנִיכָא *vide in* מְנַךְ *pag.* 656.

נָכָא *m. Inusit. in singul. Inde plur.* נְכָאִים, Isa. 16. vers. 7.,

 icti,

icti, *i. e.*, percussi; *sed Vulg.*, *aliique vertunt* plagas; *Joa. Simon reddit* contusiones, contritiones.

נְכֵאָה *f.* Icta passionibus, *&* tristitia. *Unde* רוּחַ נְכֵאָה *a plerisque redditur* spiritus ictus, *id est*, passionibus affectus, spiritus attritus, animus, ingenium fractum; *Sed a LXX. redditur* vir tristis; *item* vir pusillanimis; *a Vulg.* spiritus tristis; *item* spiritus ad irascendum facilis, *Ita* Prov. 17. v. 22., 18. v. 14. *Hæc tamen, sicuti & præcedens a multis referuntur ad Rad.* כָּאָה, *vel ad Rad.* נָכָה, ה *in* א *mutato*. *Vide utrumque verbum suo loco*.

נְכֹאת *m.* Aroma, aromata, storax, Gen. 37. v. 25., 43. v. 11., *ubi a LXX. redditur* θυμιαματα thymiamata, odoramenta; *ab Aq.* σύραξ styrax, *vulgò* storax, *gummi odoratum*; *a R. Salom.* omnia collectanea aromatum; *a R. Kimchi* res desiderabiles. *Quibusdam videtur*, נְכֹאת *esse nom. singul.*, *cum* א *epenthetico*; *Aliis est plur. f. cum* א *loco* ו: *Joa. Simon scribit*, *dictionem esse compositam ex* 2. *synonymis* נכה, *vel* נכא contudit, *&* כתת contudit; *unde ab eodem redditur* aroma contusum. *Scribitur etiam sine* א, נְכֹת; *unde cum affix.* בֵּית נְכֹתֹה (*pro* נְכֹתוֹ), 2. Reg. 20. v. 13., Isa. 39. v. 2., (ostendit eis) domum, cellam aromatum, myrotheca, myrothecium.

נֶכֶר *m.* Nepos: *Et collectivè*, nepotes, posteri, Job. 18. v. 19., Isa. 14. v. 22., *a Vulgat. redditur* progenies: *Cum affix.* וּלְנֶכְדִּי & nepoti meo, *& juxta Vulg.* stirpique meæ, Gen. 21. v. 23.

נָכָה Læsit, *specialiter* percutiendo, incutiendo, vulnerando, cædendo, necando, conterendo, tundendo, contundendo, complodendo: *Sed in Kal non occurrit*. *Niph.* נִכָּה percussus, cæsus fuit: *Præter.* וְנִכָּה & percussus fuerit, 2. Sam. 11. v. 15., *Plur.* נִכְּאוּ, Job. 30. vers. 8., *ubi* א *est loco* ה, percussi, cæsi sunt. *Pih. Infin.* נַכֵּה־בוֹ percutere eum, Num. 22. v. 6. *Pyh. præter. f. in pausa* נֻכָּתָה, Exod. 9. vers. 31., percussum, læsum fuit: *Plur.* נֻכּוּ læsa, percussa fuerunt, Exod. 9. vers. 32. *Hiph.* הִכָּה percussit, cecidit, occidit, contrivit: *Metaphorice* propagavit, diffudit: *Præter.* וְהִכָּה אֶרֶץ & percutiet terram, Isa. 11. vers. 4., *Cum præfix.* שֶׁהִכָּה qui percussit, Psalm.

135. vv. 8. 10., *Cum affix.* וְהִכַּנִי, Gen. 32. v. 11., *&* *in pauſa* וְהִכָּנִי, 1. Sam. 17. verſ. 9., & percutiat me; וְהִכְּךָ & percutiat te, 1. Reg. 20. v. 37., הִכָּהוּ percuſſit eum, percuſſerit, Gen. 32. v. 9., Num. 35. verſ. 16., *&c.*, הִכָּם percuſſit, percutiet eos, Jerem. 5. v. 7., *&c.*, הִכִּיתָ, Exod. 17. v. 5., Num. 22. v. 32., Pſalm. 3. v. 8., *&c.*, *&* *cum* ה *paragog.* הִכִּיתָה, 1. Sam. 15. v. 3., 2. Reg. 9. v. 7., Jerem. 5. v. 3., percuſſiſti, cæcidiſti, occidiſti: *Cum affix.* הִכִּיתָנִי percuſſiſti me, Num. 22. v. 28., הִכִּיתוֹ percuſſiſti eum, 2. Sam. 18. v. 11., הִכִּיתָנוּ percuſſiſti nos, Jerem. 14. v. 19., וְהִכִּיתָם, & percutias eos, Deut. 7. v. 2., הִכֵּיתִי percuſſi; *Cum affix.* וְהִכִּתִיו, *vel* וְהִכִּתִיו & percutiam eum, 1. Sam. 17. vv. 9. 35., *Plur.* הִכּוּ percuſſerunt: *Cum affix.* הִכּוּנִי percuſſerunt me; הִכֻּהוּ percuſſerunt eum, 2. Reg. 12. v. 22., *&c.*, הִכּוּם percuſſerunt eos, Joſ. 9. v. 18., 12. v. 7., הִכִּיתֶם percuſſiſtis: *Particip.* מַכֶּה, *&* *conſtr.* מַכֵּה percutiens, Exod. 2. v. 11., 21. v. 12., *&c.*, *Cum præfix.* לְמַכֵּה percuſſorem, qui percuſſit, Pſalm. 136. vv. 10. 17., *Cum affix.* מַכֵּהוּ, הַמַּכֵּהוּ percutientis ipſum, percuſſorem ſuum, Deut. 25. v. 11., Iſa. 9. v. 12., לְמַכֵּהוּ percuſſori ſuo, Thren. 3. verſ. 30., מַכֵּךְ percutientis te, Iſa. 15. v. 2., *Plur.* הַמַּכִּים percutientes; לְמַכִּים percutientibus; *Plur. f.* חִטִּים מַכּוֹת, 2. Paral. 2. verſ. 9., triticorum percuſſorum, *ſive* excuſſorum; *Aliis* מַכּוֹת *eſt plural.* τῦ מַכָּה plaga, flagellum, *q. d.*, triticum flagellorum, *h. e.*, triticum *e ſpica* flagellis, *ſive* perticis excuſſum: *Quidam alii vertunt*, triticum contuſum, *i. e.*, *molitum in farinam*: *Infin.* הַכֵּה percutiendo; *item* הַכּוֹת percutere, Gen. 4. verſ. 15., *&c.*, בִּן־הַכּוֹת, Deut. 25. v. 2., filius percutiendi, *ſive* verberandi, *i. e.*, plagis, verberibus dignus: *Cum præfix.* בְּהַכּוֹת in percutiendo, 1. Reg. 11. v. 15., לְהַכּוֹת percutere, ad percutiendum; מֵהַכּוֹת a percutiendo: *Cum affix.* הַכּוֹתִי percutere me, *i. e.*, (ex quo) percuſſi ego, Numer. 3. v. 13., 8. v. 17., בְּהַכּוֹתִי in percutere me, cum percutiam ego, Exod. 12. v. 13., Ezech. 32. v. 15., הַכּוֹתוֹ percutere eum, *h. e.*, poſt quam percuſſit ille, Deut. 1. v. 4., לְהַכֹּתְךָ ad percutiendum te, Jerem. 40. verſ. 14., לְהַכּוֹתוֹ per-

percutere eum, *i. e.*, ne, *vel* ut percuteret eum, Deut. 25. v. 3., לְהַכּוֹתָהּ ad percutiendam eam, Numer. 22. v. 25., מֵהַכּוֹתוֹ a percutere eum, *h. e.*, post quam percussit ille, 1. Sam. 8. v. 13., כְּהַכּוֹתָם secundum percutere eos, *h. e.*, dum percuterent eos, Ezech. 9. v. 8., לְהַכֹּתָם percutere eos, Jos. 10. vers. 20. *Imper.* הַכֵּה, Ezech. 6. v. 11., *& per apocopen*, הַךְ, 2. Reg. 6. v. 18., *&c.*, percute: *Cum affix.* הַכֵּינִי, *mutata tertia radicali* ה *in* Jod, percute me, 1. Reg. 20. vv. 35. 37., *Plur. m.* הַכּוּ percutite, 2. Sam. 13. v. 28., Ezech. 9. v. 5., *Cum affix.* הַכֻּהוּ percutite eum, 2. Reg. 9. v. 27., הַכּוּם percutite eos, 2. Reg. 10. v. 28. *Futur.* אַכֶּה percutiam, cædam, plaga afficiam; וְאַכֶּה & percutiam, Jerem. 40. vers. 15., וָאַכֶּה, Nehem. 13. v. 25., *& cum apocopa*, וָאַךְ, Exod. 9. v. 15., & percussi, verberavi; הַאַכֶּה an percutiam? 2. Reg. 6. v. 21., *Cum affix.*, *&* ה *paragog.* אַכֶּכָּה percutiam te, 2. Sam. 2. v. 22., וְאַכֵּהוּ & percutiam eum, Isa. 57. v. 17., אַכֶּנּוּ percutiam eum, Num. 14. v. 12., 1. Sam. 26. vers. 8., תַּכֶּה *m.* percuties; *Cum affix.* תַּכֶּנּוּ percuties eum, Prov. 23. vv. 13. 14., יַכֶּה percutiet; *& cum apocopa* וְיַךְ, Hose. 14. v. 6., & percutiet, *i. e.*, propagabit, diffundet (radices suas); *Vulg. reddit*, & erumpet (radix ejus); וַיַּךְ, *& in pausa* וַיָּךְ & percussit, 2. Reg. 15. v. 16., *&c.*, *Cum affix.*, *&* ה *paragog.* יַכְּכָה, Deut. 28. vv. 22. 27. 28. 35., *&* יַכֶּכָּה, Psalm. 121. v. 6., percutiet, plaga afficiet te; יַכֶּנּוּ percutiet eum, Deuter. 25. v. 3., 1. Sam. 17. vv. 25. 27., וַיַּכֵּהוּ, וַיַּכֵּהוּ & percussit eum; וַיַּכֶּהָ & percussit eam, Jos. 10. v. 28., יַכֵּם percutiet eos; וַתַּךְ *fœm.* & percussit, Jon. 4. vv. 7. 8., *Plur.* וְנַכֶּה & percutiemus, *juxta Vulg.* expugnemus, Jos. 10. v. 4., *& cum apocopa* וַנַּךְ & percussimus, Deut. 2. v. 33., *Cum affix.* נַכֶּנּוּ percutiemus eum, Gen. 37. vers. 21., וְנַכֵּהוּ & percutiemus eum, Deut. 3. v. 3., Jerem. 18. v. 18., וְנַכֵּם & percutiemus eos, Deut. 29. v. 7., יַכּוּ percutient; *Cum affix.* יַכּוּךָ percutient te, 2. Paral. 25. v. 16., יַכֻּהוּ percutient eum; וַיַּכּוּהָ & percusserunt eam; וַיַּכּוּם & percusserunt eos: *Hoph. Præter.* הֻכָּה, *&* הוּכָּה, Psal. 102. v. 5., percussus, plaga affectus est, cæsus

sus fuit; הֻכְּתָה *f.* percussa fuit, Ezech. 33. v. 21., הֻכֵּיתִי percussus fui, plagatus sum, Zach. 13. v. 6., *Plural.* הֻכּוּ percussi fuerunt, 1. Sam. 5. v. 12. *Partic.* הַמֻּכֶּה percussus, Num. 25. vers. 14. *Constr.* מֻכֵּה אֱלֹהִים percussum a Deo, Isa. 53. v. 4., הַמֻּכָּה *f.* quæ percussa fuit, Num. 25. vv. 14. 18., *Plur.* מֻכִּים percussi, verberati, cæsi, Exod. 5. v. 16., *Constr.* מֻכֵּי חֶרֶב percussi gladio, Jerem. 18. v. 21. *Futur.*, וַיֻּכּוּ & cædebantur, Exod. 5. v. 14., תֻּכּוּ percutiemini, Isa. 1. vers. 5., *cujus aliam significationem vide in* תֻּוָּה.

נָכֶה *m.* Percussus, læsus: *Constr.* נְכֵה רַגְלַיִם percussus pedibus, 2. Sam. 4. v. 4., *id est*, claudus, *juxta Vulg.* debilis pedibus; וּנְכֵה רוּחַ percussus spiritu, Isa. 66. v. 2.

נֵכֶה *m.* Loripes, *quasi* pedibus percussus. *Plur.* נֵכִים, Psal. 35. v. 15., loripedes, læsi pedibus, claudi, *h. e.*, abjecti, viles, plebeji; *Sed juxta Chald.*, *& Arab. versiones*, mali, impii, percussione *scil. digni*. *LXX. sunt interpretati*, μάστιγες flagella.

נְכֹה, *vel* נְכוֹ Nechó, *juxta Vulg.* Nechao, *nom. propr. Pharaonis Regis Ægypti*, *illius videl.*, *cui Josias Rex Judæ ivit in occursum*, 2. Reg. 23. v. 29., 2. Paral. 35. v. 20.

מַכֶּה *m.* Plaga, vulnus; *Inde plur.* מִן־הַמַּכִּים a plagis, 2. Reg. 8. v. 29., 9. v. 15.

מַכָּה *f.* Plaga, vulnus, percussio, contusio, contritio, occisio, cædes; *Constr.* מַכַּת, Jerem. 30. v. 14., *cum præfix* כְּמַכַּת sicut plaga, Isa. 10. v. 26., הַכְּמַכַּת an sicut plagâ? Isa. 27. v. 7., *Cum affix.* מַכָּתִי plaga mea, Jerem. 10. v. 19., 15. v. 18., מַכָּתוֹ plaga ejus; *Plural.* מַכּוֹת plagæ; *Cum affix. singulari irregulariter*, *seu distributionem innuente*, מַכֹּתְךָ plagæ, Deut. 28. vers. 59., מַכּוֹתֶהָ, מַכּוֹתֶיהָ, מַכֹּתֶהָ plagæ ejus; וּמִמַּכּוֹתַיִךְ & a plagis tuis, Jerem. 30. v. 17., מַכּוֹתָם plagæ eorum, Psal. 64. v. 8.

נֹכַח Coram, contra, è regione, ante, pro, ex adverso, habetque vim Nominis, *quasi* partem adversam, *vel* oppositam *dicas*, Exod. 40. v. 24., אֶל־נֹכַח ad coram, *id est*, versus anteriorem partem, Num. 19. vers. 4., לְנֹכַח אִשְׁתּוֹ ad coram, in præsentia uxoris suæ, *juxta Vulg.* pro uxore sua, Gen. 25. vers. 21., לְנֹכַח הַצֹּאן è regione pecudum,

dum, Gen. 30. v. 38. *Ex alia forma est*, נִכְחוֹ è regione ejus, Exod. 14. v. 2., *cujus absolutum possit esse* נֹכַח.

נֹכַח Æquitas, æquitudo, rectum: *Cum affix.* הֹלֵךְ נְכֹחוֹ ambulans in rectitudine sua, Isa. 57. v. 2., *Sed* נִכְחוֹ, Ezech. 46. v. 9., *a LXX. redditur*, κατ' εὐθὺ αὐτῆς in directum ejus; *a Vulgat.*, *& aliis*, e regione illius, *vel sua Plur.* נְכֹחִים recti, Prov. 8. vers. 9. *Fæm.* נְכֹחָה rectum, Amos 3. v. 10. *Plur.* נְכֹחוֹת recta, æqua, *vel* æquitates, Isa. 26. v. 10.

* נכך *&c. Vide supra.*

נָכַל Machinatus est, cogitavit fraudulenter, & callidè: *Partic.* נוֹכֵל machinans, *& juxta Vulg.* dolosus, Malach. 1. v. 14. *Pih. præter. plur.* אֲשֶׁר נִכְּלוּ לָכֶם quas machinati sunt contra vos, Num. 25. v. 18. *Hithp. Infin. cum præfix.* לְהִתְנַכֵּל, Psal. 105. v. 25., ad machinandum, ut machinarentur; *Vulg. habet*, ut dolum facerent: *Futur. plur.* וַיִּתְנַכְּלוּ & machinati fuerunt, Gen. 37. vers. 18., *Vulgat.*, *Judæi*, *aliique vertunt*, cogitaverunt.

נֵכֶל *masc.* machinatio callida, calliditas: *Plural. cum affix.* בְּנִכְלֵיהֶם machinationibus suis, Num. 25. v. 18.

* נכם *Dictio composita*, *quam vide in* נכה.

נָכוֹן Nachón, *nom. propr. loci*, 2. Sam. 6. v. 6. *Aliud vide supra in* כון: *Vide etiam in* נכה.

נֶכֶס *m. Inde plur.* נְכָסִים opes, facultates, 2. Paral. 1. v. 11., בִּנְכָסִים רַבִּים cum opibus multis, Jos. 22. v. 8.

נְכַס *m. Chald. significat idem ac Hebr. Inde plur.* לַעֲנָשׁ נִכְסִין mulctæ facultatum, Esræ 7. v. 26. *Constr.* וּמִנִּכְסֵי מַלְכָּא & de facultatibus regis, Esræ 6. v. 8.

נָכַר Agnovit: alienavit, alienum reddit, alienè, *vel* extraneè se gessit, *ac* ostentavit, tradidit, *&* tradendo *quasi* alienavit. *Verbum sane difficile: Joa. Simoni videtur*, *illud per se significare* ignoravit; *At Robertson arbitratur*, *per se significare* agnovit, *atque omnes contrarios*, *quos habet*, *sensus ad* agnitionem *forsan referendos esse. In Kal inusit. Niphal.* נִכַּר, *contracte pro* נִנְכַּר agnoscitur, agnitus fuit, Job. 34. vers. 19., *Plur.* נִכְּרוּ agniti sunt, agnoscuntur, Thren. 4. v. 8. *Futur.* יִנָּכֵר, Prov. 26. v. 24., alium se simulat: *Sed Aq.*, *Sym.*, *Theod. sunt interpretati*, ἐπι-

γνω-

γνωσθήσεται agnoscetur; *Vulgat.*, *aliique reddunt*, intelligitur. *Pih. Præter.* נִכַּר tradidit, tradendo alienavit, 1. Sam. 23. v. 7. *Futur. plur.* פֶּן־יְנַכְּרוּ, Deut. 32. v. 27., ne aliene se ostentent; *Joa. Simon reddit*, ne ignorent; *Alii habent*, ne alienent (*meâ scil. opera a me*), ne in se detorqueant, sibi vindicent; *Vulg. vertit*, ne superbirent; וַיְנַכְּרוּ & alienum reddiderunt, fecerunt, Jer. 19. v. 4., תְנַכֵּרוּ agnoscetis, cognoscetis, Job. 21. vers. 29. *Hiph.* הִכִּיר agnovit, cognovit, recognovit: *Præterit.* לֹא הִכִּיר non agnoscit, Deut 33. v. 9., *Cum affix.* הִכִּירוֹ agnovit eum, Gen. 27. v. 23., *Plur.* הִכִּירוּ agnoverunt; *Cum affix.* הִכִּירוּהוּ, & הִכִּרֻהוּ agnoverunt eum, Gen. 42. vers. 8., Job. 2. v. 12. *Partic.* וְאֵין לִי מַכִּיר non est mihi, qui cognoscat, Psal. 142. v. 5., מַכִּירֵךְ agnoscens te, qui te agnovit, Ruth. 2. v. 19., *Sed* מַכָּר *cum affix. vide inter nomina*; *Plur.* מַכִּירִים agnoscentes: *Infin.* הַכֵּר agnoscere, Prov. 24. vers. 23., 28. v. 21. *Cum affix.* לְהַכִּירֵנִי ad cognoscendum me, Ruth. 2. v. 10. *Futur.* אַכִּיר agnoscam, Job. 4. v. 16., & *cum* ה *paragog.* וָאַכִּירָה & agnovi, Nehem. 6. v. 12., תַּכִּיר *m.* agnosces, Deut. 16. vers. 19., יַכִּיר agnoscet, agnoverit, *Cum affix.* יַכִּירָנוּ agnoscet nos, Isa. 63. v. 16., וַיַּכִּירֵהוּ & agnovit eum, 1. Reg. 18. v. 7., יַכִּירֶנּוּ agnoscet eum, Job. 7. v. 10., Psalm. 103. vers. 16., וַיַּכִּירָהּ & agnovit eam, Gen. 37. vers. 33., וַיַּכִּרֵם & agnovit eos, Gen. 42. vers. 7., *Plur.* תַּכִּירוּ agnoscetis, Deut. 1. v. 17., *Cum affix.* יַכִּירוּם agnoverunt eos, Isa. 61. v. 9. *Hitbp.* הִתְנַכֵּר cognoscendum se præbuit: extraneum-egit, alienum se finxit: *Partic. fœm.* מִתְנַכֵּרָה extraneam agat, aliam se simulet, 1. Reg. 14. v. 5. *Futur.* וַיִּתְנַכֵּר & alienum se finxit, Gen. 42. v. 7., יִתְנַכֵּר cognoscendum præbet se, Prov. 20. v. 11.

נֵכָר *m.* Alienus, alienigena, Gen. 17. v. 12. *Constr.* נִכְרֵי־הָאָרֶץ alienigenarum terræ, Deut. 31. v. 16. *Aben Esra scribit in* Exod. 21., quicunque populus non est de Israël, vocatur נֵכָר. *Vide etiam, quæ sequuntur.*

נֵכֶר, נֵכָר *m.* Alienatio, alienum, insuetum, & insolitum exitium, Job. 31. v. 3.

נֹכֶר *m.* Alienatio: *Cum affx.* בְּיוֹם נָכְרוֹ in die alienationis ejus,

ejus, Abd. v. 12., *Jo. Simon habet*, in die infortunii ejus; *Quidam alii vertunt*, in die traditionis ejus, *i. e.*, in die, quo traderetur *in manus alienas, ita ut possit esse infinitivus verbi in Kal; Vulgat. autem reddit*, in die peregrinationis ejus.

נָכְרִי *m.* Exter, alienus, extraneus, alienigena, Exod. 21. v. 8. *Plur.* נָכְרִים alienigenæ, Abd. v. 11., לְנָכְרִים ad alienigenas, Thren. 5. v. 2. *Fœm.* נָכְרִיָּה alienigena, Exod. 2. verf. 22., מִנָּכְרִיָּה ab extranea, Prov. 2. verf. 16. *Plur.* נָכְרִיּוֹת alienigenæ, extraneæ, Gen. 31. v. 15., 1. Reg. 11. verf. 18.

מַכָּר *masc.* Notus: *Cum affix.* מֵאֵת מַכָּרוֹ à noto sibi, 2. Reg. 12. verf. 5., *Vulgat. ibidem reddit*, juxta ordinem suum; *Plur. cum affix.* מַכָּרֵיכֶם, 2. Reg. 12. v. 8., noti vestri; *Vulg. habet*, juxta ordinem vestrum.

הַכָּרָה *f.* Agnitio: *Constr.* הַכָּרַת פְּנֵיהֶם agnitio vultus eorum, Isa. 3. v. 9., *de quo vide etiam in* הָכַּר.

נכת Contudit, tundendo percussit, contrivit. *Sed, quæ ad hanc radicem ab aliquibus referuntur, vide supra in* כָּתַת, *in* נָכָא, *&* נָכָה.

* נִלְאָה, נִלְאֵית, *&c. Vide supra in* לָאָה.

נלה Assecutus, consecutus est, perfecit, compos factus est. *In Kal inusit. Inde Hiph.* הִנְלָה absolvit, consummavit, perfecit: *Infin. cum præfix. & affix.* כַּנְּלֹתְךָ, Isa. 33. verf. 1., secundum absolvere te, *i. e.*, cum perfeceris, cum consecutus fueris; *Vulg. reddit*, cum fatigatus desieris.

* נִלְוָה *Vide supra in* לוה.

מִנְלֶה *m.* Perfectio, absolutio: *Cum affix.* מִנְלָם perfectio eorum, Job. 15. v. 29., *id est*, שְׁלֵמוּתָם status perfectus eorum: *Vulg ibidem, mutato numero, habet*, radix ejus.

* נְמָא *Chald. Inde* כְּנֵמָא *quod vide supra pag.* 556. *sub litera* כ.

נְמוּאֵל Namuél, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 24.

נְמוּאֵלִי Nemueli, *& juxta Vulgat.* Namuelitæ, *nom. commune familiæ* Namuelis, Num. 26. v. 12.

* נִמְבְּזָה *Vide supra post* בָּזָה.

* נָמוֹם *Vide supra in* מום.

נמל Abscidit, succidit, circumcidit, *quomodo cum* מול *convenit: Item*, succisus fuit: *Præter.* וּנְמַלְתֶּם אֵת־בְּשַׂר & cir-

circumcidetis carnem (præputii veſtri) , Gen. 17. v. 11., *Futur.* יִמַּל ſucciditur, abſcindetur, *& juxta Vulgat.* atteratur, Job. 18. verſ. 16., *& in pauſa* וְיִמָּל & ſuccíditur, *vel* ſuccíſus eſt, *juxta Vulg.* conteritur, Job. 14. v. 2., *Plur. in pauſa* יִמָּלוּ abſcinduntur, ſucciduntur, conterentur, Job. 24. v. 24., Pſalm. 37. v. 2., *ubi Vulgat. reddit*, areſcent. *Niph. præt.* נִמּוֹל circumciſus fuit, Gen. 17. v. 26., נִמֹּלוּ circumciſi ſunt, verſ. 27. *Partic. plur.* נִמֹּלִים circumciſi, Geneſ. 34. v. 22. *Vide ſupra in* אָמַל, מָלַל, מוּל.

נְמָלָה *f.* Formica, Prover. 6. v. 6., *ab* incidendis *ſeminibus ſic dicta*: *Plur.* נְמָלִים formicæ, Prov. 30. v. 25.

* נָמֵס *Vide ſupra in* מָסַס *pag.* 667.

* נָמַק *Vide ſupra in* מָקַק *pag.* 667.

נמר Mutatus, variatus eſt: *Præter. in pauſa* נָמָר *vide ſupra in* מור *pag.* 629. *Idem verbum Chald. in Pael ſignificat*, varium fecit; *Arab.* variegatus, maculoſus fuit. *Inde eſt*.

נָמֵר *maſc.* Pardus, *aut* panthera, *a pelle ſcil.* variis *diſtincta* maculis *ſic dicta*, Iſa. 11. v. 6., Jerem. 5. v. 6., 13. v. 23., כְּנָמֵר ſicut pardus, Hoſe. 13. v. 7., *Plural.* נְמֵרִים pardi, pardorum, Cant. 4. v. 8. *Aliud vide infra*: *Cum præfix.* מִנְּמֵרִים præ pardis, Habac. 1. v. 8.

נְמַר *m. Chald. ſignificat idem ac ſupra*: *Cum præfix.* כִּנְמַר quaſi pardus, Dan. 7. v. 6.

נִמְרָה *Vide ſupra in* בֵּית נִמְרָה *pag.* 105.

נִמְרִים Nemrim, *nom. propr. civitatis*, *aut loci amœniſſimi prope Jordanem*, Iſa. 15. v. 6.

נִמְשִׁי Namſi, *nom. propr. viri*, 1. Reg. 19. v. 16.

* נָנוּס, *&c. Vide ſupra in* נוּס.

נָנַשׁ Oblitus eſt, oblivioni tradidit, removit, *ſcil.* ex corde. *Vide in* נָשָׁה.

* נְסִבָּה *f.* Averſio, *ut reddunt LXX.*, *vel* cauſa, cauſatum, *ut alii habent*, 2. Paral. 10. v. 15., *Vulg. ibidem ſenſum optime expreſſit*. *Vide etiam ſupra in* סָבַב.

נסג Receſſit, retroceſſit: *Item* apprehendit, comprehendit: *Infin.* וְנָסוֹג & recedendo, & retrocedendo, Iſa. 59. v. 13. *Futur.*, לֹא יַשִּׂג כְּלָמּוֹת non apprehendet, *vel*, ne appre-

apprehendat (vos) ignominia, Mich. 2. v. 6., *juxta R. Salom.*, *&* ס *est loco* ש, *quasi à* נָשַׂג: *Jo. Simon*, *& quidam alii vertunt*, non recedet. *Hiph.* הִסִּיג movit, amovit: *Particip.* מַסִּיג גְּבוּל movens, removens, recedere faciens, transferens terminum, Deut. 27. verf. 17. *Plural. constr.* כְּמַסִּיגֵי גְבוּל ficut qui movent terminum, Hose. 5. v. 10., *LXX.*, *& Sym. sunt ibidem interpretati*, ut transferentes; *Vulg.* quasi adsumentes; *Alii* ficut removentes: *Futur.* לֹא תַסִּיג ne moveto, non movebis, non transferes, *& juxta Vulg.* non assumes, Deut. 19. verf. 14., אַל־תַּסֵּג, Prov. 22. v. 28., ne removeas; *Vulg. reddit* ne transgrediaris; וְתַסֵּג, Mich. 6. v. 14., & movebis; *Vulgat. habet*, & apprehendes; *Plur.* יַשִּׂיגוּ, *mutato* ס *in* ש, Job. 24. verf. 2., movent, transferunt, *juxta Vulgat.* transtulerunt. *Hoph.* וְהֻסַּג & remotum est, retroactum est; *Vulg. reddit*, & conversum est, Isa. 59. v. 14. *Vide in* סוג.

נסה Sustulit, attulit, protulit: *Imper.* נְסָה עָלֵינוּ, Psalm. 4. v. 7., attolle super nos; *LXX.*, *& Vulg. reddunt*, signatum est super nos: *Futur. plur.* הֲנִסָּה דָבָר, Job. 4. v. 2., an proferemus verbum? *Sed Theod.*, *& Vulg. reddunt*, si cœperimus loqui. *Pih.* נִסָּה tentavit, probavit, expertus fuit, periculum fecit: נִסָּה tentaverat (Abrahamum), Gen. 22. v. 1., לֹא נִסָּה non expertus fuerat, 1. Sam. 17. v. 39. *Cum præfix.* הֲנִסָּה an tentavit? Deuter. 4. v. 34., Job. 4. v. 2., *Cum affix.* נִסָּהוּ tentavit eum, Exod. 15. v. 25., נִסְּתָה *f.* tentaverat, Deut. 28. v. 56., נִסִּיתָ probasti, tentasti; *inde cum affix.* נִסִּיתוֹ probasti eum, Deut. 33. v. 8., נִסִּיתִי probavi; *Plural. cum affix.* נִסּוּנִי tentarunt me, Psalm. 95. v. 9., נִסִּיתֶם probastis, Deut. 6. v. 16. *Partic.* מְנַסֶּה probans, Deuter. 13. v. 3. *Infin.* נַסּוֹת tentare; לְנַסּוֹת ad probandum, Jud. 3. v. 1., *Cum affix.* נַסֹּתְךָ tentare te, Deut. 8. v. 16., לְנַסֹּתְךָ tentare te, Deut. 8. v. 2., לְנַסּוֹתוֹ, *&* לְנַסֹּתוֹ ad tentandum eum, 1. Reg. 10. v. 1., 2. Paral. 32. v. 31., נַסֹּתָם tentare eos, Exod. 17. v. 7. *Imper cum apocopa* נַס proba, Dan. 1. v. 12. *Cum affix.* וְנַסֵּנִי & proba, probato me, Psal. 26. verf. 2. *Futur.* אֲנַסֶּה tentabo, Jud. 6. v. 39., *Cum affix.*

affix. אֲנַסְּכָה tentabo te, Ecclef. 2. v. 1., אֲנַסֶּנּוּ tentem eum, Exod. 16. v. 4., וַיְנַסֵּם & tentavit eos, Dan. 1. v. 14. *Plur.* תְּנַסּוּ, *& cum* Nun *paragog.* תְּנַסּוּן tentabitis, Exod. 17. v. 2., Deut. 6. verf. 16., וַיְנַסּוּ & tentaverunt, Num. 14. v. 22., *&c.*

מַסָּה *f.* Tentatio, probatio, Exod. 17. v. 17., Pfalm. 95. v. 8., *ita a LXX.*, *& Vulg. ibidem redditur*; *fed eft quibufdam aliis nomen proprium illius loci*, *ubi* tentaverunt *Dominum Ifraelitæ*; *Cum præfix.* בְּמַסָּה, *&* בַּמַּסָּה, *juxta Vulg.*, in tentatione, *juxta alios* in Maffa, Deut. 6. verf. 16., 9. v. 22., 33. v. 8. *Conftr.* לְמַסַּת נְקִיִּם ad tentationem, ad probationem innocentium, Job. 9. v. 23. *Plur.* הַמַּסֹּת tentationes, probationes, Deut. 7. v. 19. *Vide fupra in* מַסָּה, מָסַס.

נסח Amovit, avulfit, evulfit, exftirpavit: *Futurum* יִסַּח evellet, Prov. 15. v. 25. וְיִסָּחֲךָ & avellet, amovebit te, Pfalm. 58. v. 7. *Et paffivè plur.* יִסָּחוּ avellentur, Prover. 2. verf. 22. *Niph. præter.* וְנִסַּחְתֶּם & evellemini, Deut. 28. v. 63.

נסח *Chald. fignificat idem*: *Inde futur. Ithpeh.* יִתְנְסַח avellatur, Efræ 6. v. 11.

מַסָּח *m.* Evulfio: (Et cuftodietis cuftodiam domus) מַסָּח ab evulfione, *five* a corruptione, *ut habent Sym.*, *& Theod.*, *pro* מִמַּסָּח, 2. Reg. 11. v. 6., *id eft*, ne aliqua evulfio, deftructio, ruptura, *aut* damnum domui inferatur, *ut Kimchi explicat in Com.*, *Theodoretus etiam expofuit in hæc verba*, ita ut nullum detrimentum in domo Dei accideret. *Sed Aq.*, *Vulg.*, *& alii quàm plurimi hoc nomen ut proprium fpectarunt*, *atque pofuerunt* Meffa.

נסך Fudit, effudit, perfudit, libavit; Inunxit, affundendo *fcilicet*: *Præterit.* נָסַךְ effudit, *& juxta Vulg.* mifcuit, Ifa. 29. v. 10., *& ibidem* c. 40. v. 19., *redditur ab eodem Vulg.*, conflavit; *ab aliis* fundit, fudit; *in paufa* נָסָךְ fundit, fudit, *& juxta Vulg.* conflavit, Ifa. 44. v. 10., נָסַכְתִּי מַלְכִּי inunxi regem meum, Pfal. 2. v. 6., *Sed ab LXX. ibidem vox* נָסַכְתִּי *redditur* conftitutus fum; *a Sym.* ἔχρισα unxi; *a Pagnino* conftitui; *a S. Hieronymo* ordinavi. *Metonymicè*, expandere, obtegere, obducere, cum

cum de aridis dicitur : Convenit cum סיך, *&* סכך, *quorum significata hic accomodantur : Partic. præter.* הַנְּסֻכָה expansum, obductum, Isa. 25 v. 7. *Infin.* וְלִנְסֹךְ & ad obducendum, Isa. 30. vers. 1. *Futur. plural* תִּסְּכוּ libabitis, Exod. 30. v. 9., יִסְּכוּ libabunt, Hose. 9. vers. 4. *Niph. præter.* מֵעוֹלָם נִסַּכְתִּי, Prov. 8. v. 23., ab æterno, ante sæculum, ante tempus uncta sum (sapientia), *h. e., constituta, ac declarata sum domina omnium*; *LXX. sunt interpretati*, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ante sæculum fundavit me ; *Vulgat. reddit*, ab æterno ordinata sum ; *Paraphrasis Chald. habet*, ante sæculum præparata sum. *Pihel futur.* וַיְנַסֵּךְ sed effudit, libavit, 1. Paral. 11. vers. 18. *Hiph.* וְהִסְּכוּ & libaverunt, Jerem. 32. v. 29. *Infin.* וְהַסֵּךְ & libandum, Jerem. 7. v. 18., 19. v. 13., 44. vv. 17. 18. 19., וּלְהַסֵּךְ & ad libandum, Jerem. 44. vv. 19. 25. *Imper.* נְסֹךְ libato, Num. 28. v. 7. *Futur.* אַסִּיךְ libabo, *&* *juxta Vulg.*, congregabo, Psalm. 16. vers. 4., וַיַּסֵּךְ & libavit, *sive* fudit, Gen. 35. v. 14., 2. Sam. 23. v. 16., 2. Reg. 16. v. 13., *Plur.* וַיַּסִּיכוּ & libarunt, Ezech. 20. v. 28. *Hoph. Futur.* אֲשֶׁר יֻסַּךְ בָּהֵן, Exod. 25. vers. 28., 37. v. 16., quibus libatur, *vel* fundetur in eis, *ita habent versiones LXX., Syriaca, Samaritana, & aliæ*; *Vulg. reddit*, in quibus offerenda ; *nonnulli alii vertunt*, quibus tegetur. *Vide in* סָכַךְ.

נְסַךְ *Chald. significat idem ac supra. Unde Pahel infin.* לְנַסָּכָה, Dan. 2. v. 46., ad libandum, *juxta Vulg.* ut sacrificarent. *Sed* אֲנַסְּכָה *vide in futur.* סכה.

נֶסֶךְ, *vel* נֵסֶךְ *m.* Libamen, *quod* effunditur, *&* libatur, Gen. 35. v. 10., Exod. 29. v. 40., Ezech. 45. v. 17.; *&c.* *Item* fusio, fusile, simulacrum fusum : *Item* tegumentum, operimentum : וְנֶסֶךְ, וְנֵסֶךְ, *& in pausa* וָנָסֶךְ & libamen, Exod. 30. v. 9., Joel. 1. vv. 9. 13., 2. v. 14., הַנָּסֶךְ libamen, Num. 4. v. 7., לַנֶּסֶךְ ad libamen, Num. 15. vv. 5. 7. 10., *Cum affix.* וְנִסְכִּי & fusile meum, *juxta Vulg.* & conflatilia, Isa. 48. v. 5., נִסְכּוֹ, Num. 6. vers. 17., 2. Reg. 16. v. 13., *&c.*, *& pro eo*, נִסְכֹּה, Levit. 23. v. 13., libamen, libatio ejus : *Item* fusile, conflatile, conflatio ejus, Jer. 10. v. 14., 51. v. 17., וּכְנִסְכּוֹ & ut

עֻמַּת *Nom. f. conſtructum, vi præpoſitionis vel expreſſæ, vel ſubintellectæ in adverbium tranſit, ſignificans* ſecundum, juxta, ſicut, quemadmodum, e regione, ex adverſo, ad latus, à, e, in latere. *Forma abſoluta ejuſdem dictionis, ut quidam notarunt, eſt* עֻמָּה *derivatum a themate contracto* עָמַם, *Et ejuſdem ſenſus reſpondet præpoſitioni* עִם cum; *proprie enim* עֻמַּת *latine eſt* conjunctio, propinquitas *in ſitu, ut & propoſitio*: כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא כֵּן יֵלֵךְ, Eccleſ. 5. v. 15., omnia ſecundum (*ut latine* ea propter) ut venit, *i. e.* omnino prout venit, ſic abiit: *Ibi ſiquidem* כ *notat* ſimilitudinem, *& debebat regulariter dici* כְּלְעֻמַּת, *i. e.*, כְּנֶגֶד è regione, ex adverſo: *vel* כַּאֲשֶׁר prout, quemadmodum: *ſed diviſæ ſunt voces, ut & alias factum; &* עֻמַּת *nunquam uſurpatur abſque præfixo* ל, *ſicut etiam ſemper dicitur* לְמַעַן, *ut ſcribit Kimchi in libro radicum, ita Buxtorfius*: *Sed Joa. Simon laudatam ſententiam in hunc modum vertit*, omni conjunctione, omni paritate, qua venit, ſic abit, *i. e.* adventus, & abitus *ita* conjuncti, & vicini ſunt, *ut nihil differentiæ interſit*; *LXX. reddiderunt*, quo enim venit, ita & abibit; *Vulg habet*, quo modo venit, ſic revertetur. *Cum præfix.* ל, לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת e regione clauſuræ, *vel* tæniæ, Exod. 25. v. 27., *ubi Vulg. habet*, ſubter coronam; גַּם אֶת־זֶה לְעֻמַּת־זֶה עָשָׂה הָאֱלֹהִים, Eccleſ. 7. verſ. 14., & hunc etiam (*diem*) ad latus illius, *ſive* juxta illum fecit Deus; *LXX. verterunt* καί γε σὺν τοῦτο συμφώνος τοῦτο ἐποίησεν ὁ Θεός & quidem huic congruenter illud fecit Deus; *Vulgat. habet*, ſicut enim hanc (diem), ſic & illam fecit Deus; *Sed* 1. Paral. 25. verſ. 8., לְעֻמַּת *redditur a multis* conjunctim; *à Vulg.* ex æquo: *Cum præfix.* מ, מִלְּעֻמַּת הַבֶּטֶן è regione ventris, *i. e.*, projecturæ, 1. Reg. 7. verſ. 20. *Cum affix.* לְעֻמָּתוֹ ex adverſo ejus, *& juxta Vulg* contra illum, 2. Sam. 16. v. 13., לְעֻמָּתָם è regione illorum, *& juxta Vulg.* pariter, Ezech. 1. v. 20. *Plur.* לְעֻמּוֹת אֶחָד ex adverſo uniuſcujuſque (partium illarum), *ſive, ut habet Vulg.*, juxta unamquamque (partem), Ezech. 45. v. 7.

עָמִית *m.* Socius, proximus, *qui è regione alicujus, & circa aliquem est: Cum affix.* אֶת־עֲמִיתוֹ proximum suum, Levit. 6. vers. 2.

* בְּעִינָא *Vide in* בָּעָה *pag.* 117.

ענב *m.* Uva, Deut. 32. v. 14. *Plur.* עֲנָבִים, Genes. 40. vers. 10. *Constrůct.* עִנְּבֵי רוֹשׁ עֲנָבֵמוֹ uvæ eorum, sunt uvæ veneni, Deut. 32. v. 32., *ubi & affixum est, scribiturque juxta Massorethas, ex forma plurali defectivè, pro* עֲנָבִימוֹ.

עָנוּב Anûv, *& juxta Vulg.* Anob, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 8.

ענג Delicate vixit, delicatus fuit, *in Kal. inusit. Inde Pyh.* עֻנַּג deliciari: *Partic. fœm.* וְהַמְעֻנָּגָה delicata, delicate nutrita, Jerem. 6. v. 2.: תַּעֲנוּג *vide inter nomina. Hitph.* הִתְעַנֵּג oblectare se, delicias agere: *Construitur cum Præposit.* עַל, *&* בְּ. *Præter. plural.* וְהִתְעַנְּגוּ עַל רֹב שָׁלוֹם & oblectabunt se in multitudine pacis, Psal. 37. vers. 11., וְהִתְעַנַּגְתֶּם & oblectetis vos: *Infin. cum præfix.* מֵהִתְעַנֵּג præ mollitie, *sive* propter mollitiem, Deuter. 28. v. 56. *Imper.* וְהִתְעַנַּג & delectare, oblecta te, Psalm. 37. vers. 4. *Futur.* תִּתְעַנַּג oblectabis te, deliciaberis, Isa. 58. v. 14., *& in pausa* תִּתְעַנָּג oblectabis te, Job. 22. v. 26., וְתִתְעַנַּג *f.* & oblectabit se, Isa. 55. v. 2. *Plur. in pausa* עַל־מִי תִּתְעַנָּגוּ super quo deliciamini, *i. e. quæ sunt deliciæ vestræ?* Isa. 57. v. 4.

עָנֹג *m.* Delicatus, Deut. 28. v. 54. *Fœm.* עֲנֻגָּה delicata, Deut. 28. v. 56.

עֹנֶג *m.* Delicium, deliciæ, voluptas, Isa. 13. v. 22.

תַּעֲנוּג *m.* Oblectatio, Proverb. 19. vers. 10. *Plur.* בַּתַּעֲנֻגִים in deliciis, Cant. 7. v. 6. *Cum affix.* תַּעֲנֻגֶיהָ deliciarum suarum, Mich. 2. v. 9. *Fœm.* וְתַעֲנֻגוֹת & delicias, Eccl. 2. vers. 8.

ענד Alligavit, annexit: *Imperat. cum affix.* עָנְדֵם annecte ea, Prov. 6. vers. 21. *Futur. cum affix.* אֶעֶנְדֶנּוּ annectam, *sive* alligarem eum, Job. 31. v. 36.

ענה Respondit, vicissim loquutus est, verba verbis opposuit: *Hinc. varios alios præsefert sensus*: I. Testificatus, attestatus, contestatus fuit, pro, *vel* contra aliquem; testi-

testimonium *enim est quoddam* responsum, *quod quis interrogatus exhibet*; *& sic fere cum præpositione* ב *construitur*: II. Exaudivit; *sic enim quis quasi re, vel verbis petentis* votis, *vel* precationibus respondit: III. *Per synecdochen latissime interdum sumitur pro* dixit, loquutus, alloquutus, proloquutus est, fatus fuit, *citra respectum* alloquentis; *Item* clamavit, acclamavit, *ita ut alter alteri* respondeat; cecinit, cantavit, certatim *scilicet*, *&* per responsoria; *nam qui alternis* canunt, *aut* clamant, *socios suos ad* respondendum *excitant*: IV. Afflixit, humiliavit, pressit, compressit, depressit, demisit, oppressit; *& intransitive* demisit, depressit, afflixit, humiliavit se, afflictus, depressus, humiliatus est, inops, debilis fuit, *vel* factus est. *Notionem hanc* opprimendi, *&* affligendi *derivant nonnulli a radice, sono cognata*, יכה; *Alii ex eo repetunt*, *quod* afflictionibus *quis ad mentem reducatur*, *ut cogitet*, *& consideret facta sua*; *vel quod per* afflictionem *quis contra se ipsum*, *sive contra alios sententiam veluti* eloquatur, *seu* re ipsa respondeat, *ut latine* reddere, rependere, recompensare: *Præter.* עָנָה respondit, Jerem. 23. vers. 35., פִּיךָ עָנָה בָךְ os tuum testimonium dixit in te, 2. Sam. 1. vers. 16., עָנָה בִּי testificatus est, *vel* sententiam pronuntiavit contra me, *& juxta Vulgat.* quam humiliavit, Ruth. 1. v. 21., וְעָנָה & clamabit, testificabitur, Isa. 13. vers. 22., Hose. 5. v. 5. *Cum affix.* עָנָנִי respondit, respondebit mihi, 1. Sam. 28. v. 15., 1. Reg. 2. v. 30., Psalm. 118. v. 8., Cant. 5. v. 6., וַעֲנָנִי & exaudivit me, Psal. 34. v. 5., עָנָךְ respondit tibi, exaudivit te, Isa. 30. v. 19., Jerem. 23. v. 37., עָנָהוּ dixit, respondit ei, allocutus est eum, 1. Sam. 9. v. 17., *&c. Sed* עִינֵיהוּ *vide in* עָיִן *pag.* 944. עָנָם exaudivit eos, 2. Sam. 22. vers. 42., Psalm. 18. vers. 42., *fœm.* עָנְתָה בָנוּ testatur contra nos, *& juxta Vulgat.*, responderunt nobis (peccata), Isa. 59. v. 12., וְעָנְתָה & respondebit, Gen. 30. v. 33., Deut. 25. v. 9., 31. v. 21., & canet, Hose. 2. v. 17., וְעָנִיתָ aperte loqueris, Deut. 26. v. 5. *Cum affix.* עֲנִיתָנִי exaudies, exaudisti me, Psal. 22. v. 22., 118. v. 21., עֲנִיתָם exaudisti eos, Psal. 99. v. 8., וַעֲנִיתָם & responderis eis, 1. Reg.

Reg. 12. v. 7., עֱנִיתִי exaudiam, Hose. 14. v. 9., *sed* Psalm. 116. v. 10., humiliatus, afflictus sum; *Cum affix.* עֲנִיתִיךָ exaudiam te, Isa. 49. v. 8., *Plural.* עָנוּ responderunt; וְעָנוּ & loquentur, & pronuntiabunt, Deut. 21. v. 7., 27. v. 14., & respondebunt, Deut. 27. v. 15., וְעָנוּ עָלַיִךְ הֵידָד, Jerem. 51. vers. 14., & pronuntiabunt, *sive juxta alios* canent, cantabunt super te celeusma, *i. e. canticum triumphale, canticum, cantilenam vindemiatorum, q. d. milites illi cohortabuntur se mutuo ad te perdendum, ut vindemiatores, dum calcant uvas; Vulg. reddit*, & super te celeuma cantabitur: *Partic.* עוֹנֶה, *& absque* Vau, עֹנֶה respondens; הָעֹנֶה qui exaudit, Gen. 35. v. 3. *Cum affix.* עוֹנֶךָ respondens tibi, Job. 5. vers. 1., עֹנֵהוּ respondens ei, 1. Sam. 14. v. 41., *Plur.* הָעֹנִים respondentes, Jerem. 44. v. 20. *Infin.* אֵין קוֹל עֲנוֹת גְּבוּרָה וְאֵין עֲנוֹת חֲלוּשָׁה קוֹל עַנּוֹת אָנֹכִי שֹׁמֵעַ, Exod. 32. v. 18., non est vox, *vel* sonus clamandi fortitudinem, *i. e.* vox respondentis, *ac præseferentis* fortitudinem, *prævalescentis in pugna*; non vox clamandi debilitatem, *vel* succisionem, *id est se esse succisos*; vocem cantandi ego audiens; *Vulgat. optime vertit*, non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio: לַעֲנֹת, *&* עֲנוֹת *cum præfix., & affixis vide in Niph., & in Pih., Cum præfix.* לַעֲנוֹת respondere, Gen. 45. v. 3., 1. Sam. 9. v. 8., Prov. 15. v. 26., *sed* Deuter. 19. vers. 16., ad testificandum, testandum (contra eum), *Vulg. vertit*, accusans (eum); *item* ad affligendum se, *sive* ut affligerent, ut vexarentur, *& juxta Vulgat.* ut occuparentur, ut distendantur (in ea), Eccles. 1. vers. 13., 3. vers. 10. *Cum affix.* וַעֲנֹתְךָ, 2. Sam. 22. vers. 36., & humiliare tuum, *seu* humilitas tua, *qua te veluti dejicis, ut me respicias, & leniter mecum agas; Vulg. vertit*, & mansuetudo tua, *i. e.* gratia, benignitas, clementia tua; מֵעֲנוֹת (cessarunt) a respondendo, *sive* (omiserunt) respondere, Job. 32. v. 1. *Imper.* עֲנֵה responde, testare, testificare, Prov. 26. v. 5., Mich. 6. v. 3. *Cum affix.* עֲנֵנִי, 1. Reg. 18. v. 37., *&c., & cum* Vau *redundante* וַעֲנֵנוּ, Psalm. 60. vers. 7., 108. vers. 7., exaudi

me;

me; עֲנֵנוּ exaudi nos, 1. Reg. 18. verſ. 26.; *Plur.* עֱנוּ teſtamini, teſtificamini, *&* *juxta Vulgat.* loquimini (de me), 1. Sam. 12. verſ. 3., *Item* עֱנוּ canite, concinite, præcinite, Numer. 21. v. 17., Pſalm. 147. v. 7. *Futur.* אֶעֱנֶה reſpondebo, Job. 9. verſ. 15., *&c.*, *&* אַעֲנֶה, Job. 32. v. 17., reſpondebo; *item* exaudiam, Prov. 1. v. 28., Iſa. 65. v. 24., Hoſe. 2. v. 23., Zach. 13. v. 9., *item* affligebar, affligar, *&* *juxta Vulg.*, *alioſque*, (prius quam) humiliarer, Pſalm. 119. v. 67., *&* *cum apocopa* וָאַעַן & reſpondi, Jerem. 11. verſ. 5., *&c.*, *Cum affix.* אֶעֱנְךָ, *&* *in pauſa* אֶעֱנֶךָּ reſpondebo tibi, Job. 14. v. 15., 33. v. 12., exaudivi, exaudiam te, Pſalm. 81. v. 8., Jerem. 33. v. 3., וְאֶעֱנֵהוּ & exaudiam eum, Pſal. 91. v. 15., אֶעֱנֶנּוּ reſpondebo ei, Job. 9. vv. 14. 32., אֶעֱנֵם exaudiam eos, Iſa. 41. v. 17., Zachar. 10. v. 6., תַּעֲנֶה reſpondebis, teſtificaberis; *&* *cum apocopa* תַּעַן reſpondeas, Prover. 26. verſ. 4. *Cum affix.* תַּעֲנֵנִי exaudies me; תַּעֲנֶנּוּ reſpondebis ei, 2. Reg. 4. v. 29., תַּעֲנֵנוּ exaudies nos, Pſalm. 65. v. 6., כִּי תַעֲנֵם quia affliges eos, *ſive* cum afflixeris eos, 1. Reg. 8. v. 35., 2. Paral. 6. verſ. 26., יַעֲנֶה reſpondebit, exaudiet; הַכֶּסֶף יַעֲנֶה אֶת־הַכֹּל, Eccleſ. 10. verſ. 19., pecunia reſpondet omnibus, *h. e. votis omnium*, *ſive* pecunia audit omnia, *vel* laudat, commendat, prædicat omnes. *Item* humiliabitur, demittet ſe, mitior reddetur, *&* *juxta Vulg.* pavebit, Iſa. 31. verſ. 4., *Sed* יַעֲנֶה, יְעַנֶּה *vide inter nomina*; *Et cum apocopa* וַיַּעַן & reſpondit, reſpondebit; יַעַן, *&* יְעַן *vide inter nomina*; *Cum affix.* יַעֲנֵנִי reſpondebit mihi; וַיַּעֲנֵנִי & exaudivit me, & reſpondit mihi; יַעֲנֵהוּ exaudiet, exaudivit eum, 1. Sam. 7. v. 9., Pſalm. 20. v. 7., יַעֲנֶנּוּ reſpondebat ei, Exod. 19. v. 19., Job. 9. v. 3., יַעֲנֶנָּה reſpondebit ei, Job. 40. verſ. 2., Habac. 2. v. 11., יַעֲנֵם exaudivit eos, Pſalm. 99. verſ. 7., & reſpondebit, reſpondit eis, Pſalm. 55. verſ. 20., 2. Paral. 10. v. 13., תַּעֲנֶה exaudiet, Hoſe. 2. v. 24., *&* *cum apocopa* תַּעַן loquetur, Pſal. 119. v. 172., reſpondit, Gen. 31. v. 14., *&c.*, *Cum affix.* תַּעַנְךָ reſponderit tibi, Deut. 20. v. 11., *Plur.* וַתַּעֲנוּ & reſpondiſtis, Deut. 1. vv. 14. 41. *Cum affix.* תַּעֲנֻהוּ reſpondebitis

bitis

bitis ei, 2. Reg. 18. verf. 36., יַעֲנוּ refpondebunt, Job. 15. v. 6., Ifa. 14. v. 10., exaudient, Hofe. 2. vv. 23. 24., canebant, cantabant, 1. Sam. 21. v. 11., 29. v. 5., *item* affligebantur, affligentur, Zach. 10. v. 2. *Cum affix.* יַעֲנוּכָה refpondent tibi, Jerem. 7. v. 27., תַּעֲנֶנָּה, Jud. 5. verf. 29., refpondebant; *Multis tamen videtur, effe fingulare cum affix., & Nun epenthet., ideoque vertendum*, & refpondebat illi. *Niph.* נַעֲנָה refponfavit, *five, juxta alios*, ad refpondendum coactus eft, *q. d.* refpondens factus eft, exoratus fuit, exoratus refpondit: *Item* refponfum eft ei, exauditus eft: *Item* humiliatus, afflictus eft: *Præteritum* נַעֲנֵיתִי לוֹ, Ezech. 14. v. 4., refponfabo, *quafi* exorabilem, *vel* refpondentem exhibebo me ei; *quidam vertunt*, ad refpondendum ei adductus fum; *item* humiliatus, afflictus fum, Pfal. 119. v. 107. *Part.* נַעֲנֶה refponfabo, refponfans ero, refpondebo, adductus ad refpondendum, *five* fum refponfurus, Ezech. 14. v. 7., *Sed* נִגַּשׂ וְהוּא נַעֲנֶה, Ifa. 53. v. 7., exactum eft, *h. e.* poftulata eft exactio, *five, juxta alios*, facta eft exactio, *vel* exigebatur, *debitum fcilicet noftrorum peccatorum*; & ipfe afflictus, debilitatus, fubactus eft; *Vulg. habet*, oblatus eft, quia ipfe voluit; *fic reddit & Symmachus*, προσηνέχθη, καὶ αὐτὸς ὑπήκουσε; *legerunt ifti* נִגַּשׁ, *videl. litera* ש *notata* puncto *in* cornu dextro, *quod tunc valet* accedere, appropinquare, *vel* adduci, admoveri, & adhiberi; & τὸ נַעֲנֶה *in* refpondendi *fenfu* acceperunt, *quia* refpondendo, velle *nos aliquid, fignificamus*; *ut contra, non* refpondendo, nolle: *Fœm.* נַעֲנָה afflicta, exhaufta, debilitata, Ifa. 58. v. 10. *Infinit. cum præfix.* לֵעָנוֹת מִפָּנָי demittere, abjicere, humiliari, humiliare te, *vel* cedere a facie mea, *five* mihi, Exod. 10. v. 3. *Vide Infin. in Kal*: *Futur.* אֵעָנֶה, *five juxta Maffor.* אֶעֱנֶה, exaudior, Job. 19. v. 7., הֲרֹב דְּבָרִים לֹא יֵעָנֶה an multitudo verborum non feret refponfum, *five* carebit refponfo? Job. 11. v. 2. *Pih.* עִנָּה afflixit, oppreffit, depreffit, compreffit, fubegit, *pudicitiæ fcil. violandæ caufa*: *Item* cecinit, cantavit: *Præter.* עִנָּה afflixit, depreffit, & *juxta Vulg.* humiliavit, Thren. 3. v. 33., עִנָּה בַדֶּרֶךְ כֹּחִו, Pfal. 102. v. 24., afflixit in via fortitudinem, *five* virtu-

tem meam, *ita reddunt Pagninus, aliique multi; legebant illi cum Massor.* כֹּחִי, *&* עָנָה *in Pih., prout occurrit in recentioribus saltem codicibus; At LXX., & Vulg. verterunt,* respondit, *nempe populus,* ei, *scil. Deo,* in via virtutis suæ; *legerunt propterea* עָנָה *in Kal, &* כֹּחוֹ; *item* compressit, *& juxta Vulgat.* humiliavit, violavit, *venereis scilic. actionibus*, Deut. 22. vers. 24., 2. Sam. 13. vers. 22., Ezech. 22. v. 11., *quo in loco Vulgat. habet*, oppressit; *Cum affix.* עִנָּהּ compressit, *& juxta Vulgat.* humiliavit illam, *sensu venereo*, Deut. 22. vers. 29., עִנִּיתָ afflixisti, Psalm. 88. v. 8., *& cum affix.* עִנִּיתָנִי afflixisti, *& juxta Vulg.* humiliasti me, Psalm. 119. v. 75., עִנִּיתָהּ afflixisti, *seu, commodius*, humiliasti eam, Deut. 21. v. 14., עִנִּיתָנוּ afflixisti, humiliasti nos, Psal. 90. v. 15., עִנֵּיתִי afflixi, *& juxta Vulg.* humiliabam, Psal. 35. v. 13., *Plural.* עִנּוּ afflixerunt, humiliaverunt, Psal. 105. v. 18., *item* compresserunt, *libidinis explendæ causa*, Jud. 20. v. 5., Thr. 5. v. 11., Ezech. 22. v. 10. *Partic.* מְעַנֶּה affligens; *sed* מְעַנָּה, מְעַנֶּה, מַעֲנִית *vide inter nomina*; *Plur. cum aff.* מְעַנַּיִךְ affligentes, humiliantes te, Isa. 60. vers. 14., Soph. 3. v. 19. *Infin. ex forma absoluta, sive Chald., ut arbitratur Joa. Simon*, עַנֵּה affligendo, vexando, Exod. 22. v. 22., עַנּוֹת affligere, Isa. 58. v. 5., *sed* קוֹל עַנּוֹת, Exod. 32. v. 18., vocem cantandi, *sive* concentus, (ego audiens); *Cum præfix.* לְעַנּוֹת ad canendum, *& juxta Vulgat.* ad respondendum, Psal. 88. v. 1., *item* לְעַנֹּת ad affligendum, ut affligat, Num. 30. v. 14., *Cum affix.* עַנֹּתְךָ affligere te, Deut. 8. vv. 2. 16., *& in pausa* לְעַנּוֹתֶךָ, Jud. 16. v. 6., ad subigendum te; *Vulg. sensum optime expressit*; עַנֹּתוֹ affligere eum, Exod. 1. v. 11., עַנֹּתוֹ מִיּוֹם, 2. Sam. 13. v. 32., a die comprimere eum, *i. e.*, qua compressit, oppressit ipse (Thamar); לְעַנּוֹתוֹ ad affligendum eum, 2. Sam. 7. v. 10., Jud. 16. vv. 5. 19., *sed postremo loco a Vulg. redditur*, (& cœpit) abigere eum, *i. e. trudere, excitare, ut sibi caveret fuga, ex analogia præcedentium actionum: Imperat. plur.* עַנּוּ accinite, canite, Isa. 27. v. 2., וְעַנּוּ & comprimite, *sive juxta Vulgat.* & humilietis, Jud. 19. v. 24. *Futur.* וָאֲעַנֶּה, *per syncopen pro* וָאֲעַנֶּה, & affligam,

1. Reg.

1. Reg. 11. v. 39., *Cum affix.* אֲעַנֶּךָ affligam te, Nahum. 1. vers. 12., תְּעַנֶּה *masc.* affliges, afflixeris, Genes. 31. vers. 50., Exod. 22. v. 22., *& cum affix.* אַל־תְּעַנֵּנִי, 2. Sam. 13. vers. 12., ne comprimas, *sive* ne stupres me; *Vulg. habet*, noli opprimere me; וּתְעַנֵּנוּ & affliges nos, Isa. 64. v. 11., לֹא יְעַנֶּה, Job. 37. v. 23., non opprimet, supprimet, affliget, *ita reddunt Aq.*, *aliique*; *quidam vertunt*, non acciuet; *Vulg. habet*, enarrari non potest; *Cum affix.* וַיְעַנֵּנִי & afflixit me, Job. 30. vers. 11., וַיְעַנְּךָ & afflixit te, Deut. 8. v. 3., יְעַנֶּנּוּ afflixit eum, *& juxta Vulgat.* (non) apponet nocere ei, Psalm. 89. vers. 23., וַיְעַנֶּהָ & compressit, oppressit eam, Gen. 34. vers. 2., 2. Sam. 13. v. 14., וַיְעַנֵּם & afflixit eos, 2. Reg. 17. v. 20., וַתְּעַנֶּהָ *f.* & afflixit eam, Genes. 16. vers. 6. *Plur. m.* תְּעַנּוּ, Levit. 16. v. 29., *& cum* Nun *paragog.* תְּעַנּוּן, Exod. 22. v. 21., affligetis, humiliabitis; יְעַנּוּ affligebant; *Cum affix.* וַיְעַנּוּנוּ & afflixerunt nos, Deut. 26. v. 6. *Pyh. præter.* כִּי־עֻנֵּיתִי quod afflictus, humiliatus sum, Psalm. 119. v. 71. *Partic.* וּמְעֻנֶּה & summe afflictum, subactum, *sive* & humiliatum, Isa. 53. v. 4. *Infin. cum affix.* אֵת כָּל־עֻנּוֹתוֹ, Psal. 132. v. 1., omnis affligi ejus, *i. e.* omnium afflictionum ejus; *Pagninus*, *& quidam alii vertunt*, cum omni afflictione ejus; *Vulg.*, *item Versiones LXX.*, *Syr.*, *Æth.*, *Arab. habent*, & omnis mansuetudinis ejus: *Futurum* תְּעֻנֶּה affligetur, humiliabitur, Levit. 23. v. 29. *Hiph. partic.* מַעֲנֶה respondens, respondet, exaudit, Prov. 29. v. 19., מַעֲנֵה בְּשִׂמְחַת לִבּוֹ, Eccles. 5. v. 19., exaudit (*eum*) in lætitia cordis sui, *i. e.* largitur; *tunc enim Deus* exaudire *dicitur*, *cum* largitur, *quod petimus*; *Sed LXX.*, *Vulg.*, *& quidam alii verterunt*, (eo quod Deus) occupet deliciis cor ejus; *Vide supra in Pih.*, *& inter nomina*: *Futur.* יַעֲנֶה, *& reliqua cum affixis vide supra in Kal*. *Hithp. Præter.* הִתְעַנָּה afflictus est, se se afflictavit, afflictationi se exposuit, *sive*, *juxta Vulg.*, (in quibus) laboravit, 1. Reg. 2. v. 26., הִתְעַנִּיתָ afflixisti te, *& juxta Vulgat.* sustinuisti laborem, 1. Reg. 2. vers. 26. *Infin.* לְהִתְעַנּוֹת ad affligendum, *sive* ut affligeremus nos, Esdr. 8. v. 21., וּלְהִתְעַנּוֹת & ad affligendum,

 sive

five & ut affligeres te, Dan. 10. v. 12. *Imper.* וְהִתְעַנִּי & demitte, humilia te, humiliare, Gen. 16. v. 9.

ענה *Chald.* respondit; *item* oppressit, afflixit: *Præterit. f.* עֲנָת respondit, proloquuta est, Dan. 5. v. 10., *Plural.* עֲנוֹ responderunt, Daniel. 2. vv. 7. 10., 3. vv. 9. 16., 6. v. 14. *Partic. præs.* עָנֵה respondens, loquutus, Dan. 2. vv. 5. 8. *&c.*, *Plural.* עָנַיִן respondebant, *five* respondentes, Dan. 3. v. 24., *&* *in pausa*, *juxta quosdam*, *five*, *ut notat Joa. Simon*, *in Partic. præter.*, עֲנָיִן pauperes, inopes, afflicti, Dan. 4. v. 24.

עֲנָה Anah, *nom. propr. virorum*, Gen. 36. vv. 20. 24. 25.

עוֹנָה *f. Item plur.* עוֹנוֹת *vide supra in* ערן *pag.* 923., 924., *vide etiam in* עין: *Sed* עֲנוֹת, עֲנוֹת *cum præfix.*, *&* *affix. vide supra Infin. verbi* ענה: עֱנוּת *vide infra*.

* עֵינָה *Dictio composita*, *quam vide in* עַיִן *pag.* 944., *vide etiam pag.* 945. עֵינָה.

עֲנָוָה *f.* Mansuetudo, abjectio, humilitas, Prov. 15. v. 33.

עַנְוָה *fœm.* Afflictio, humiliatio (*scil.* activa), mansuetudo: וְעַנְוָה־צֶדֶק, Psal. 45. v. 5., (super, *vel* propter verbum veritatis) & mansuetudinis, *&* justitiæ, *ita Pagninus*, *&* *quidam alii habent*; *LXX. autem*, *Vulgat.*, *&* *versiones Arab.*, *Æth.*, *aliique verterunt*, (propter veritatem) & mansuetudinem, & justitiam: *Cum affix.* וְעַנְוָתְךָ, Psalm. 18. v. 36., *pro quo legitur* וַעֲנֹתְךָ, 2. Sam. 22. v. 36., & mansuetudo tua; *Joa. Simon*, *&* *quidam alii vertunt*, afflictio, *five* humiliatio tua, *qua scil.* me humiliasti; *Vulgat. priori in loco reddit*, & disciplina tua.

עֲנִיָּה *f.* Humilis, humiliata, afflicta, paupercula, Isa. 10. vers. 30., 51. vers. 21., 54. vers. 11. *Sed* עֲנִיָּה *vide infra in* עָנִי.

עֲנָיָה Anaiah, *nom. propr. viri*, Nehem. 8. v. 4.

עָנָו *m.* Mansuetus, humilis, Numer. 12. v. 3., עָנָו *vide in* ענה *Chald. Sed* עָנִי, בְּעָנְיִי, מֵעוֹנִי *vide infra in* עָנִי. *Plur.* עֲנָוִים mansueti, Psalm. 10. vers. 17. *Constr.* עַנְוֵי, Soph. 2. vers. 3.

עָנִי *m.* Afflictus, pauper, imbecillis, inops; *hinc* lenis, mitis, humilis, mansuetus, Deut. 24. v. 12., *&c.*, *latius autem patet*, *quam* אֶבְיוֹן, *cum quo sæpe jungitur ad aliam*

inopiæ

inopiæ speciem designandam: *Cum præfix.* הֶעָנִי pauper; לֶעָנִי pauperi; מֵעָנִי a paupere; *Plur.* עֲנִיִּים pauperes, Job. 34. verf. 28. *Conftr.* עֲנִיֵּי, Job. 24. v. 4. *Cum affix.* לַעֲנִיֶּךָ erga pauperes tuos, *five* pauperibus, egenis tuis, Deut. 15. verf. 11., וַעֲנִיָּיו & pauperum fuorum, Ifa. 49. v. 13.

עֳנִי *m.* Affictio, paupertas: רָאָה עֳנִי expertus eft afflictionem, Thren. 3. v. 1., *& in paufa* עֹנִי, Deut. 16. v. 3., מִנִּי־עֹנִי præ inopia, *five* præ afflictione, Pfal. 88. v. 10. *Cum præfix.* בָּעֳנִי afflictionem, 1. Sam. 1. v. 11., מֵעֳנִי ex afflictione, Exod. 3. v. 17., *& in paufa* מֵעֹנִי, *&* מֵעוֹנִי præ, *vel* ab afflictione, mœrore, Job. 36. v. 21., Pfal. 107. verf. 41., Thren. 1. v. 3. *Cum affix.* עָנְיִי afflictio mea, Gen. 31. verf. 42., *&c.*, בְּעָנְיִי in afflictione mea, afflictionem, humilitatem meam, Gen. 29. v. 32., Pfal. 119. verf. 50., *&c.*, עָנְיֵךְ afflictionem tuam, Gen. 16. verf. 11., בְּעָנְיוֹ de afflictione, anguftia ejus, Job. 36. verf. 15., יְמֵי עָנְיָהּ (recordatus eft) dierum afflictionis fuæ, Thren. 1. v. 7., עָנְיֵנוּ afflictionem noftram, Deut. 26. v. 7., עָנְיָם afflictionem eorum, Ezech. 4. v. 31.

עֻנִּי Unni, *& juxta Vulgat.* Ani, *nom. propr. Sacerdotis*, 1. Paral. 15. v. 18.

עֱנוּת *f.* Afflictio, miferia, humilitas: וְלֹא שִׁקַּץ עֱנוּת עָנִי, Pfal. 22. v. 25., & non abominatus eft afflictionem, miferiam, humilitatem pauperis; *LXX.*, *& Vulg. verterunt*, neque defpexit deprecationem pauperis.

עָנִים Anim, *nom. prop. urbis in montanis Tribus Judæ*, Jof. 15. v. 49.

עִנְיָן *m.* Occupatio, negotium, moleftum *proprie*, *quod hominem* affligit, afflictio magna; *habet enim terminationem* augmentativam: *Conftr.* עִנְיַן, Eccl. 4. v. 8., *&* 5. v. 13. *Cum affix.* עִנְיָנוֹ occupatio ejus, Ecclef. 2. v. 23.

יַעַן *Vide fupra pag.* 466.

יַעֲנָה, יְעֵנָה *fœm.* Ulula, *avis deferta incolens*, *a voce* refonante *fic dicta*, Ifa. 13. v. 21. *Plurale ex forma altera*; יְעֵנִים ululæ, Thren. 4. verf. 3. *Sed LXX.*, *Vulg.*, *Bocharto*, *& aliis* יענה *eft* ftruthio.

מַעֲנֶה *m.* Refponfio, refponfum, *ita redditur a LXX.*, *Sym.*, *Vulg.*, *aliifque*; *quibufdam tamen eft etiam* exauditio, lo-

Rrr 3 cutio,

cutio, fermo: *Confirmat.* מַעֲנֵה אֱלֹהִים exauditio Dei, & *juxta Vulg.* responsum Dei, Mich. 3. v. 7., מַעֲנֵה לָשׁוֹן responsio linguæ, *i. e.* eloquendi *facultas*, *sive quod apte quis* loquatur, (a Deo est), Prov. 16. v. 1., בְּמַעֲנֵה in responsione, & *juxta Vulg.* in sententia, Prov. 15. v. 23. *Cum affix.* לַמַּעֲנֵהוּ, Prov. 16. v. 4., propter responsionem ejus, *vel* sui, *i. e. ut omnia gloriæ Dei respondeant; Sed Vulg.*, & *alii permulti vertunt*, propter semetipsum, *derivantes scil. dictionem hanc à* לְמַעַן propter.

מַעֲנָה *fæm.* Jugerum, *à* subigendo, *quod videl. aratro* subigatur; *quibusdam aliis est* striga, sulcus, *proprie scilicet* locus, *vel* pars *terræ aratro* depressa, & subacta, 1. Sam. 14. v. 14. *Cum affix.* לְמַעֲנוֹתָם, Psal. 129. v. 3., *scribitur cum* ו, *ac si esset in forma plurali, sed juxta Massorethas legendum* לְמַעֲנִיתָם, *tamquam esset à* מַעֲנִית, (prolongaverunt) sulcum suum, *ita habent multi; sed LXX. locutionem metaphoricam in propriam verterunt, videl.* (prolongaverunt) τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, iniquitatem eorum, *vel* suam, *ut etiam Vulg. reddit*.

מַעַן *Dictio, quæ occurrit semper cum præfix.* ל, לְמַעַן, *atque significat*, ut, propter. *Quidam ad* עָנָה respondit *referunt*, *quasi* causæ redditionem, & responsionem *denotet*: *Alli referunt ad* מַעַן *inusit.*, *ubi illam ipsam fusius expositam vide pag.* 662.

תַּעֲנִית *f.* Jejunium, *ab* affligendo; *LXX.*, *Vulg.*, *aliisque est* humiliatio, afflictio sui; *est enim cum* ת *heemantico sensus* reciproci: *Cum affix.* קַמְתִּי מִתַּעֲנִיתִי, Esdr. 9. v. 5., surrexi a jejunio meo; & *juxta alios* surrexi de humiliatione mea, *qua videl.* me ipsum afflixi, & humiliavi, *sive* surrexi de afflictione mea.

* עָנָה, יַעֲנוּכָה, עָנָה *Dictiones compositæ, quas vide supra in* עָנָה; עוֹנְכֵי *dictio item composita, quam vide supra in* עוֹן *pag.* 922.

* עֲנָם, אַעֲנֵם, תַּעֲנֵם, &c. *Dictiones compositæ, quas vide in ipsa Radice* עָנָה.

עָנֵם Aném, *nom. propr. urbis in Tribu Issachar*, 1. Paralip. 6. vers. 37.

* עוֹנָם *Dictio composita, quam vide supra in* עוֹן *pag.* 922.

* עֵינָם, עֵינָמוֹ *Dictiones compositæ, quas vide in* עַיִן *pag.* 944.

עֵינָם Enám, *& juxta Vulgat.* Enaim, *nom. propr. urbis in planitie Tribus Judæ*, Jos. 15. v. 34.

עֵינַיִם *Vide supra pag.* 947., עֵנָיִם *vide in* עָנִי *pag.* 995.

עֲנָמִים Anamin, *nom. propr. viri*, Gen. 10. v. 13.

עֲנַמֶּלֶךְ Anammelech, *nom. propr. idoli Sepharvaim*, 2. Reg. 17. vers. 31.

עָנַן Obduxit, texit, operuit: *Inde* præstigiis usus est, divinavit, ominatus, auguratus, auspicatus, vaticinatus est. *Aben Esra vult, verbum hoc deduci a nomine* עָנָן nubes, *ita scil., ut* עָנַן *significet* ex nubibus hariolari, conjectare, prædicere, *hoc, vel illo die, aut tempore bonum, malumve esse, illud agere, vel aggredi. R. Salomon derivat ab* עון tempus, *ut* עָנַן *sit pro* tempore observare. *Sapientes prisci ab* עַיִן *deduxerunt, & sunt arbitrati,* מְעוֹנֵן *esse eum, qui* tenet, *ac* præstringit oculos, *ut falsum pro vero videant. Partic. f.* עֹנְנָה, Isa. 57. v. 3., (filii) auguratricis, incantatricis, præstigiatricis; *Plural. m.* וְעֹנְנִים & augures, præstigiatores, Isa. 2. v. 6. *Cum affix.* עֹנְנֵיכֶם divini, augures, præstigiatores vestri, Jerem. 27. vers. 9. *Pih. præter.* עוֹנֵן præstigiis usus est, *& juxta alios* ex nubibus divinavit, 2. Reg. 21. v. 6., 2. Paral. 33. v. 6., *Vulgat. vertit*, ariolatus est, observabat somnia: *Vide in* עין: *Partic.* מְעוֹנֵן præstigiis utens, præstigiator, hariolus, Deut. 18. v. 10., *ubi Vulg. habet*, qui observat somnia; *Plural.* מְעֹנְנִים præstigiatores, auguria observantes, augures, divini, Deut. 18. v. 14., Mich. 5. v. 11. *Infinit. cum præfix., & affix., & ex forma Conjugationis perfectæ, videlicet* בְּעַנְנִי עָנָן עַל־הָאָרֶץ, Gen. 9. v. 14., quum obnubilavero nube terram, *sive* cum congregabo nubes super terram; *Vulg. reddit*, cumque obduxero nubibus cælum: *Futur. plur. in pausa* וְלֹא תְעוֹנֵנוּ, Lev. 19. v. 26., & non utemini, *vel* utamini præstigiis, *sive* neque divinabitis, *aut* prædicetis futura, *nempe ex* nubibus, *vel aspectu rerum cælestium*; *Vulg. reddit*, nec observabitis somnia: תַּעֲנֶה *vide supra in* עָנָה: *Item* יַעֲנֶנָּה, אֶעֱנֶנּוּ, תַּעֲנֵנוּ, תַּעֲנֵנִי *vide pag.* 990.

עָנָן *m.* Nubes, nebula; *& metaphorice* vapor, caligo, tenebræ, latibulum: וְעָנָן אֲבַק רַגְלָיו & nubes, *sive* nebula pul-

vis pedum ejus, Nahum. 1. v. 3., בְּעָנָן in nube; כֶּעָנָן sicut nubes; *Constrʋʋt.* כַּעֲנַן בֹּקֶר sicut nubes mane, *i. e.*, matutina, Hos. 6. v. 4. *Cum affix.* עֲנָנוֹ nubis suæ, Job. 37. v. 15., וַעֲנָנְךָ & nubes tua, Numer. 14. v. 14. *Sed* עֲנָנֵי *vide in* עָנָה *pag.* 988. *Fæmin.* עֲנָנָה nubes, caligo, Job. 3. vers. 5., *Plural. masc.* כַּעֲנָנִים quasi, sicut nubes, Jerem. 4. v. 13. *Chald. Plur. masc. constr.* עִם־עֲנָנֵי שְׁמַיָּא cum nubibus cœli, Dan. 7. v. 13.

עָנָן Anan, *nom. propr. viri*, Nehem. 10. v. 27.

עֵינָן Enán, *nom. propr. viri*, Num. 1. vers. 15., *item nom. propr. loci*, Num. 34. v. 9.

עינון Enon, *nom. propr. termini Damasci*, Ezech. 47. v. 17.

עִנְיָן *Vide supra post* עָנָה *inter nomina*.

* עִנְיָנִין *Chald. vide supra in* עַיִן *pag.* 946. *Item* עִנְיָן *Chald. vide in* עָנָה *Chald. pag.* 994.

עֲנָנִי Anani, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 3. v. 24.

עֲנָנְיָה Ananiah, *nom. propr. viri*, Nehem. 11. v. 10., *item nom. propr. urbis in Tribu Benjamin*, Nehem. 11. v. 32.

ענף ✝ *Radix Hebræis inusit. Sed apud Arabes, ut notat Joa. Simon*, ענף, *& cum* א אנף, *in* 8. *Conjug.*, *significat*, primo exorsus est, *& speciatim de* primo rei vigore *usurpatur*; *unde* ענפוה principium vigoris; anphon prima germina; aniphon ager primum germinans; *Inde, eodem auctore, sunt*

עָנֵף *In masculino inusit. Fœm.* עֲנֵפָה, Ezech. 19. vers. 10., ramosa, frondosa, *ita multi reddunt*; *a quibusdam aliis vertitur*, germinans, fructifera; *LXX. habent*, καὶ ὁ βλαστὸν αὐτῆς & germen illius; *Vulg.* & frondes ejus.

עָנָף *masc.* Ramus, *q. d.* primum germinantis arboris principium; *Vulg., & aliis est etiam* germen, frondes, propago, palmes, frutex, surculus, Ezech. 17. vv. 8. 23., 31. v. 3., Malach. 3. v. 19. *Constr.* וַעֲנַף עֵץ & ramum arboris, Levit. 23. v. 40. *Plur. cum affix.* וַעֲנָפֶיהָ & ramos ejus, Psalm. 80. v. 11., *ubi Vulg. reddit*, & arbusta ejus.

עָנָף *masc. Idem*: *Cum affix.* עַנְפְּכֶם ramum vestrum, Ezech. 36. vers. 8.

עֲנַף *Chald. idem*: *Inde plural. cum affix.* עַנְפוֹהִי ramos ejus, Daniel.

Dan. 4. verſ. 11., וּבְעַנְפּוֹהִי & in ramis ejus, Dan. 4. vv. 9. 18.

ענק Torque, torquis in modum cingere. *Præterit. fœmin. cum affix.* עֲנָקַתְמוֹ ut torque cingit eos, *& juxta Vulg.* tenuit eos (ſuperbia), Pſal. 73. v. 6. *Hiph.* הֶעֱנִיק onerare, *juxta pleroſque, ſcil* muneribus, munerare, muneribus afficere, *quæ aſpectui proſtent, ut exponunt R. Sal., & Aben Eſra. Infin. cum Futur.* הַעֲנִיק תַּעֲנִיק לוֹ, Deut. 15. verſ. 14., munerando munerabis illi, *vel muneribus* onerando onerabis; *Vulg. optime ſenſum expreſſit vertens*, ſed dabis viaticum.

עֲנָק *maſc.* Torques, collare, *quo* collum cingitur, monile, cinnus, cincinnus: בְּאַחַד עֲנָק, Cant. 4. verſ. 9., in uno torque, *& juxta alios* in uno cincinno; *Vulgat. habet*, in uno crine; *capilli fœminarum, nonnunquam & virorum, varie intorti erant: Aliud vide infra; Plural.* וַעֲנָקִים & torques, Prov. 1. v. 9. *Fœm.* מִן־הָעֲנָקוֹת præter torques, Jud. 8. v. 26.

עֲנָק Anak, *& juxta Vulgat.* Enac, *nom. propr.* gigantis *celebris*, Num. 13. v. 22., *quod poſtea ad omnes* gigantes *traductum fuit, qui vel* עֲנָקִים Anakitæ, *vel* filii Anakitarum *inde dicti ſunt*, Deuter. 1. *&* 2., *& alibi: R. Salomon ſcribit, ſic dictos fuiſſe*, שמעניקים חמה בקומתן quod injicerent terrorem ſtatura ſua: *Cum præfix.* בָּעֲנָקִים inter Anakæos, *& juxta Vulg.* inter Enacim, Joſ. 14. v. 15., כָּעֲנָקִים ſicut Anakæi, ſicut Enacim, Deuter. 2. vv. 10. 11. 21.

עֲנוֹק Anok, *& juxta Vulgat.* Enac, *idem ac præcedens*, Joſ. 21. verſ. 11.

עָנֵר Anér, *nom. propr. viri*, Geneſ. 14. v. 13., *item urbis in Tribu Manaſſe*, 1. Paral. 6. v. 70.

ענש Punivit, pœna affecit, mulctavit, multam impoſuit: *Præter. plur.* וְעָנְשׁוּ & mulctabunt, Deut. 22. v. 19. *Partic. Pahul plur.* וְיֵין עֲנוּשִׁים, Amoſ. 2. v. 8., & vinum mulctatorum, *ſive* pœnis affectorum, *vel juxta Vulg.* damnatorum: *Infin.* עֲנוֹשׁ mulctando, Exod. 21. v. 22., גַּם עֲנוֹשׁ לַצַּדִּיק לֹא־טוֹב, Prov. 17. v. 26., etiam mulctare, *ſive* punire, condemnare juſtum, non bonum; *ſunt alii*,

qui

qui reddunt, punire vel justo non convenit, (ut *scil.* percutiat principes propter rectitudinem, *h. e.* si a recto deflexerint); *Vulgat. habet*, non est bonum, damnum inferre justo; (nec percutere principem, qui recta judicat); *Cum præfix.* בַּעֲנָשׁ־לֵץ, Prov. 21. v. 11., in mulctando, *vel* cum mulctat irrisorem, *h. e.* cum mulctatur irrisor: *Futur.* וַיַּעֲנֹשׁ & mulctavit, 2. Paral. 36. vers. 3. *Niph. præter. plural. in pausa* נֶעֱנָשׁוּ mulctati sunt, Proverb. 27. vers. 12. *Futur.* יֵעָנֵשׁ mulctabitur, Exod. 21. vers. 22.

עֹנֶשׁ *m.* Mulcta, Prov. 19. v. 19. *Et Chald.* לַעֲנָשׁ־נִכְסִין ad mulctam facultatum, Esr. 7. v. 26., *Vulg. ibidem reddit*, in condemnationem substantiæ ejus.

עֶנֶת *Chald.* Tempus, *juxta Buxtorfium*; *Sed Jo. Simon*, & *quidam alii referunt ad* עֵת, *ut* Nun *sit epentheticum*, *atque vertunt*, id, quod sæpius dictum est, & toties repetitum, *derivantes ab Arab.* עתה, *quod significat*, identidem dixit, repetitis verbis dixit. *Unde cum præfix.* וּכְעֶנֶת, Esdr. 4. vv. 10. 11., 7. v. 12.; & *per syncopen*, וּכְעֶת, Esdr. 4. v. 17., & juxta tempus, *i. e.* tali die, mense, anno, *ut literis præfigi solebat*; *alii autem vertunt*, secundum id, quod sæpius dictum est, & toties repetitum, *latine* & cetera; *Alii Interpretes & antiqui*, & *recentiores aliter exponunt*, *atque maxime inter se de genuino hujusce dictionis sensu discrepant*; *Vulg. reddit*, in pace, *item* salutem dicunt, pacem dicens: *nec arbitraria hæc interpretatio*; *sunt enim ex recentioribus etiam Criticis*, *quibus* כענת *videtur qualiscunque Chaldæorum clausula epistolis quodammodo solemnis*, *sive* & cætera, *sive* perfectionem, longævitatem, diuturnitatem *significans*, *q. d. ætatis in ulterius tempus prorogationem*. *Multi denique volunt*, כענת *esse proprium nomen loci*, *seu populi*. *Contrarium tamen colligitur ex* cap. 4. v. 7., & *ex* cap. 7. v. 12. *Vide Aben Esram prolixe in* Eccles. 9. v. 11.

עֲנָת *Chald. vide in* עֲנָה *pag.* 994.

עֲנָת Anáth, *nom. propr. viri*, Jud. 3. v. 31.

עֲנָתוֹת Anathóth, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 7. v. 8., Nehem. 10. v. 19., *item civitatis Tribus Benjamin*, Isa. 10.

10. v. 30., Nehem. 7. v. 27., *quo in loco quibusdam est nom. viri.*

עֲנְּתֹתִי Antothí, *& juxta Vulg.* Anathothites, *nom. commune virorum ex urbe* Anathóth *oriundorum*, Jerem. 29. v. 27.

עַנְתֹתִיָּה Anthóthiáh, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 24.

עָסַס Calcavit, conculcavit: *Præter.* וְעַסּוֹתֶם & conculcabitis, Malach. 3. v. 21.

עָסִיס *m.* Succus, mustum, *à* calcando: יַיִן עַל־עָסִיס, Joel. 1. v. 5., (bibentes) vinum propter mustum, *& juxta quosdam* vinum novum; *Vulg. reddit* vinum in dulcedine; *ita in* cap. 4. v. 18., *& in* Amos. 9. v. 13. *vertit* dulcedinem: *Constr.* מֵעֲסִיס רִמֹּנִי de succo malogranatorum, Cant. 8. v. 2., וְכֶעָסִיס & quasi musto, Isa. 49. v. 26.

עָעַר; *Unde* יְעֹעֵרוּ *vide supra in* עור.

עָפָא *Radix Hebræis inusit. Sed Syris est*, floruit, *& in Aphel* crevit, *sive* flores, *vel* frondes emisit: *Arab.* עפי *est*, fronduit arbor, *item* luxuriavit herba. *Inde est plural.* עֳפָאִים rami, frondes: מִבֵּין עֳפָאִים, Psalm. 104. vers. 12., e medio ramorum; *alii reddunt*, inter frondes; *LXX., & Vulg. habent*, de medio petrarum. *Buxtorfio dictio hæc videtur Chaldaica.*

עָפֶה; *Unde descendere videri queant* עֵיפָה, עֲיֵפָה, עֲיֵפִי, עֲפָתָה, *&c., vide supra in* עוף *pag.* 925., 926., *& in* עיף *pag.* 947.

עֳפִי *m. Chald.* Folium, ramus: *Cum affix.* עָפְיֵהּ ramus, folium ejus, Dan. 4. vv. 9. 11. 18.

עוֹפַי *Vide supra in* עֵיפַי *pag.* 948.

עָפַל Contendit in altum, impetuose conatus est, & contendit, *ut habet Buxtorfius*; *quidam alii vertunt*, tumuit, *vel* elevavit cor, *& roboravit* illud, *sive* vim fecit illi, *i. e.* angariavit; *Alii cum Guarin habent*, texit, subduxit, subtraxit se. *Pyhal. præter. fœm.* עֻפְּלָה, Habac. 2. v. 4., effert se, elata est; *LXX. verterunt*, ἐὰν ὑποστείληται, si subtraxerit se; *Vulgat. habet*, qui incredulus est. *Hiph. futur. plur.* וַיַּעְפִּלוּ, Num. 14. vers. 44., & impetuose contenderunt; *R. Salomon, & alii vertunt*, obfirmarunt, extulerunt animum, elato animo contenderunt, superbe egerunt; *Vulg. habet*, at illi contenebrati.

עֹפֶל *m.* Clivus: *Editior locus fuit urbis Jerusalem, post templum versus occidentem, inter Gichonem torrentem, & portam piscium, ut apparet ex* 2. Chron. 33. v. 14., *quem inhabitarunt Nethinæi*, Nehem. 3. v. 26. *Quidam nomen arcis in urbe fuisse existimant: Alii nomen proprium certi loci, quem* Ophlam *appellat Josephus de Bello Jud. lib. 6. cap.* 6., *ubi situm urbis describit. Fuit & altus quidam clivus, de quo* 2. Reg. 5. vers. 24. *Sed a LXX., Vulg., & aliis redditur*, tenebræ, vespere, *vel* vesperi, 2. Reg. 5. vers. 24., Isa. 32. vers. 14., *& adjective* nebulosa, Mich. 4. vers. 8., *& per synecdochen totius*, templum, locus inaccessus, Nehem. 3. vers. 27., *item* Ophel, 2. Paralip. 27. vers. 3., *item cum præfix.* בָּעֹפֶל in Ophel, Nehem. 3. vers. 26., 11. vers. 21., לָעֹפֶל usque ad Ophel, 2. Paral. 33. vers. 14.

עֹפֶל *m.* Marisca, hæmorrhois, tumor ani: *Plural.* עֳפָלִים hæmorrhoides, mariscæ, Deuter. 28. v. 27., 1. Sam. 5. vv. 5. 6. 9. 12. *Constr.* עָפְלֵי, 1. Sam. 4. vers. 4., *ubi Vulg. reddit* anos; *Cum affix.* עָפְלֵיכֶם mariscæ vestræ, 1. Sam. 6. vers. 5., *ubi Vulg. habet* (facietisque similitudinem) anorum vestrorum. *Proprie autem hæc vox est* בִּנּוּי לְתַחְתּוֹנִיּוֹת cognomen inferiorum partium corporis, *quæ sic obscœne Hebræis ab* elevatis *clunibus appellantur. Prisci ergo Hebræi pro ea substituerunt aliam pronunciatu honestiorem, nempe* טְחֹרִים, *quæ proprie* morbum ahi *denotat, ut scribit Kimchi in lib. Radicum; & in Commentariis. R. Levi notat,* טְחֹרִים *esse morbum gravissimum, in quo egreditur sanguis multus, maxime vero, quando extraordinarie a Deo immissus est. A Talmudicis itaque hæc vox inter eas etiam relata est, quæ honestatis causa correctæ sunt, Cod. Megilla, cap.* 2. *in fine: Vide & in* שׁגל.

עָפְנִי Ophni, *nom. propr. urbis Tribus Beniamin*, Jos. 18. vers. 24.

עַפְעַפַּיִם *Duale* palpebræ; *vide supra in* עוף *pag.* 926.

עֹפֶף *Vide supra in* עוף *pag.* 925.

עָפַר *Pyhal* Pulveravit, pulverem excitavit, *vel* sparsit. *Præterit.* וְעִפַּר בֶּעָפָר & pulverabat pulvere, 2. Sam. 16. v. 13., *i. e.*, pulverem spargebat.

עָפָר *masc.* Pulvis, Genes. 2. v. 7. *Constr.* אֶת־עֲפַר הָאָרֶץ pulverem terræ, Gen. 13. v. 16. *Cum affix.* אֶת־עֲפָרוֹ pulverem ejus, Deut. 9. v. 21. *Plural. fœm. constr.* עַפְרוֹת תֵּבֵל pulveres orbis habitabilis, Prov. 8. v. 26.

עֹפֶר *m.* Hinnulus, Cant. 2. v. 9. *Plur.* עֳפָרִים, Cant. 4. v. 5.

עֵפֶר Epher, *nom. propr. virorum*, Gen. 25. v. 4., 1. Paral. 1. v. 33., 4. v. 17., 5. v. 24.

עָפְרָה Ophrah, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 14., *item urbis in Tribu Benjamin*, Jos. 18. v. 23., *& patriæ Gedeonis*, Jud. 6. v. 11., 8. v. 32.

עֶפְרוֹן Ephrón, *nom. propr. viri*, Gen. 23. v. 8.

עֶפְרֵין Ephrón, *juxta Vulg.*, *nom. propr. urbis*, 2. Paral. 13. vers. 19.

עֹפֶרֶת *fœm.* Plumbum, *quasi* pulvereum, *seu Terreum dictum*, *quod magnam partem terrestrem habeat*, Zach. 5. vers. 7., כַּעֹפֶרֶת sicut plumbum, Exod. 15. v. 10.

עֵץ *m.* Lignum; *synecdochicè* arbor: *Generale est*, *ac ad arbusta etiam*, *& frutices transfertur*, *& quicquid altius excrescit*, *& ramos producit*: עֵץ פְּרִי arbor fructifera, *& juxta Vulg.* lignum pomiferum, Genes. 1. v. 11., בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ, Jos. 2. v. 6., in linis ligni, *per hypallagen scil.*, *pro* in stipulis lini, *vel* in linis *crudis adhuc*, *ac* lignosis, *de quibus cortices*, *& stipulæ nondum erant stupario malleo*, *atque carminatione decussæ*, *depexæque*, *ut notat Guarin*; *Vulg. vertit*, stipula lini; *Cum affix.* עֵצְךָ arborem tuam, Deut. 28. vers. 42., עַמִּי בְּעֵצוֹ יִשְׁאָל, Hos. 4. v. 12., populus meus lignum suum interrogat, *h. e. idolum suum*, *ligno efformatum*; עֵצָהּ *f.* arborem ejus, Deut. 20. v. 19. *Plur.* עֵצִים ligna, Levit. 1. v. 7. *Constr.* עֲצֵי עוֹלָה ligna holocausti, Gen. 22. v. 3. *Cum affix.* וְאֶת עֵצָיו & ligna ejus, Levit. 14. v. 45. *Fœm.* עֵצָה lignum, Jerem. 6. v. 6.

עָצַב *Significat in genere*, constrinxit, pressit, compressit, *ut est Joa. Simoni*, *& quibusdam aliis animadversum*: *Hinc speciatim notat*: I. Dolore, mœrore affecit, dolorem attulit; *& intransitive* dolore affectus fuit: II. Formavit, finxit, *proprie* premendo, *&* compingendo, *ut figulus facit*: *Præter. cum affix.* עֲצָבוֹ dolore affecit eum, *sive*, *juxta Vulg.*, corripuit, 1. Reg. 1. v. 6. *Partic. præt.* עֲצוּבַת רוּחַ

רוּחַ dolore affecta, dolens animo, Isa. 54. vers. 6. *Infin. cum affix.* לְבִלְתִּי עָצְבִּי ut non afficiat dolore me, 1. Paral. 4. v. 10. *Niph. præter.* נֶעְצַב dolore afficiebatur, 1. Sam. 20. vers. 34. *Futur.* יֵעָצֵב dolore afficiatur, 1. Sam. 20. v. 3., *Plural.* אַל־תֵּעָצְבוּ, Gen. 45. vers. 5., *& in pausa*, אַל־תֵּעָצֵבוּ, Nehem. 8. v. 10., nec contristamini, dolore afficiamini. *Pih. præter. plur.* וְעִצְּבוּ אֶת־רוּחַ קָדְשׁוֹ & dolore affecerunt Spiritum Sanctum ejus, Isa. 63. v. 10. *Cum affix.* עִצְּבוּנִי, Job. 10. vers. 8., *a Buxtorfio redditur*, dolore afficiunt me; *sed Vulg., aliique vertunt*, fecerunt, formaverunt me: *Futur. plur. in pausa* דְּבָרַי יְעַצֵּבוּ, Psal. 56. vers. 6., verba mea dolorem afferunt, mœrore afficiunt, *& juxta Vulg.* execrabantur. *Hiph. Infin. cum præfix., & affix., sine puncto* Mappik, לְהַעֲצִבָה, *pro* לְהַעֲצִבָהּ, Jerem. 44. v. 19., idololatricum cultum exhibendo ei, *vel* idola effingendo, idolorum formam offerendo ei, *juxta R. Salomonem, significatione a nomine, quod* idolum *significat, deducta; Jo. Simon, aliique vertunt*, ad fingendam illam, *scil. reginam cœli, sive* ad imaginem ejus effingendam; *Vulgat. habet*, ad colendam eam: *Futur. plur. cum affix.* יַעֲצִיבוּהוּ dolore affecerunt eum, Psalm. 78. v. 40., *ubi Vulg. habet*, in iram concitaverunt eum: *Hithp. futur.* וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ & doluit apud animum suum, Gen. 6. v. 6., *Vulg. reddit*, tactus dolore cordis intrinsecus; *Plural.* וַיִּתְעַצְּבוּ, Gen. 34. vers. 7., & dolore se affecerunt, doluerunt apud se, *sive, juxta alios*, & ægerrime tulerunt. *Vide, quæ sequuntur, nomina.*

עצב *Chald. significat idem ac supra. Inde, uti quibusdam videtur, Partic. Pehil* עֲצִיב, Dan. 6. vers. 2., dolore, mœrore affectus, *id est* dolens, tristis, *& juxta Vulg.* lacrymabilis.

עָצָב *m.* Terriculum, sculptile, idolum, simulacrum; *sic dictum, ut quibusdam videtur, quod* dolorem *potius, &* terrorem affert *conscientiis, quam levamen; Sed alii derivant à* formando, *sive* fingendo; *Plur.* עֲצַבִּים terricula, simulacra, idola, 2. Paral. 24. v. 18., Hos. 4. v. 17., 8. v. 4., 13. v. 2., Zach. 13. v. 2., *Aliud vide infra*: לָעֲצַבִּים cum idolis, Hos. 14. vers. 9. *Constr.* עֲצַבֵּי idola, simulacra,

cra, Pſalm. 135. verſ. 15., לַעֲצַבֵּי idolis, ſculptilibus, Pſalm. 106. v. 38. *Cum affix.* עֲצַבֶּיהָ idola ejus, Mich. 1. verſ. 7., וְלַעֲצַבֶּיהָ, & ſimulacris ejus, Iſa. 10. v. 10., עֲצַבֵּיהֶם idola ſua, *ſive* ipſorum, 1. Sam. 31. v. 9., *&c.*

עֹצֶב *m.* Dolor, moleſtia: דֶּרֶךְ־עֹצֶב בִּי, Pſalm. 139. v. 24., via doloris, *i. e.* dolorem, *&* mœrorem pariens in me; *à Vulg. redditur*, via iniquitatis; *a Chald.*, via דְּטָעִין errorum, *per metonymiam videl. cauſæ, vel effectus*; *Cum præfix* בְּעֹצֶב in dolore, 1. Paral. 4. verſ. 9. *Cum affix.* עָצְבִּי עָשָׂם idolum meum fecit illa, *ſive* hæc, Iſa. 48. v. 5., *Aliud* עָצְבִּי *in alio ſenſu vide ſupra in ipſa Radice verbi in Infin. Kal*, מֵעָצְבְּךָ a dolore tuo, *&* *juxta Vulg.* a labore tuo, Iſa 14. v. 3.

עֶצֶב *m.* Dolor, moleſtia; *& metonymice* labor (*cum* dolore *conjunctus*), Prov. 10. v. 22., וּדְבַר־עֶצֶב & verbum doloris, *i. e.* dolorificum, aſperum, durum, Prov. 15. v. 1., בְּכָל־עֶצֶב in omni labore, *& juxta Vulg.* opere, Prov. 14. verſ. 23., בְּעֶצֶב in dolore, Gen. 3. v. 16. *Item* vas fictile, *ut* הַעֶצֶב nunquid vas fictile? Jerem. 22. v. 28. *Plur.* הָעֲצָבִים (panis) dolorum, Pſal. 127. verſ. 2. *Cum affix.* וַעֲצָבֶיךָ & labores tui, Prov. 5. verſ. 10., *ſive, ut multi habent*, facultates, opes, labore partæ, *metonymice*; *ita* עַצְּבֵיכֶם, Iſa. 58. v. 3., labores veſtros, *ſive, ut alii vertunt*, opes veſtras dolorifico labore partas (exigitis); *Vulg. reddit*, debitores veſtros (repetitis).

עַצֶּבֶת *fœm.* Dolor, moleſtia, Proverb. 10. verſ. 10. *Conſtr.* וּבְעַצְּבַת־לֵב & dolore cordis, Prov. 15. v. 13. *Plur. cum affix.* עַצְּבֹתָי dolores mei, Job. 9. v. 28., עַצְּבוֹתָם dolores, *ſive* infirmitates eorum, Pſalm. 16. v. 4., לְעַצְּבוֹתָם dolores, *juxta Vulg.* contritiones eorum, Pſal. 147. v. 3.

מַעֲצֵבָה *f.* Dolor; לְמַעֲצֵבָה תִּשְׁכָּבוּן in dolore decumbetis, Iſa. 50. verſ. 11.

עִצָּבוֹן *m.* Dolor, labor: בְּעִצָּבוֹן cum dolore, Gen. 3. v. 17. *Conſtr.* וּמֵעִצְּבוֹן יָדֵינוּ & de labore manuum noſtrarum, Gen. 5. v. 29. *Cum affix.* עִצְּבוֹנֵךְ dolorem tuum, Gen. 3. v. 16.

עָצַר *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab.* excidit, reſecuit; *Samar. autem, & Æthiop.* demeſſuit, *ut notat Joa. Simon. Inde eſt*

מֵעֲצָר

מַעֲצָד *m.* Ascia, securis, Isa. 44. vers. 12., בַּמַּעֲצָד cum securi, Jer. 10. v. 3., *Kimchio, & R. Salomoni est* dolabra; *Vulg. est etiam* lima.

עָצָה Claudere leviter, connivere: *Partic.* עֹצֶה עֵינָיו connivens oculis suis, Prov. 16. v. 30., *Vulgat. ibidem reddit*, qui attonitis oculis cogitat prava, *sensumque optime expressit. Aliud* עצה *vide supra in* עץ *pag.* 1003. *Vide etiam aliud post* יעץ *pag.* 467.

עָצֶה *m.* Spina dorsi, *& juxta Vulg.* renes, Levit. 3. v. 9.

עָצַל Pigratus, piger fuit, *vel* factus est: *Niph. Futur. plur.* אַל־תֵּעָצְלוּ, Jud. 18. v. 9., ne pigremini, ne pigri fiatis, *sive* sitis, *& juxta multos alios* nolite negligere, nolite cessare.

עָצֵל *masc.* Piger: לֵךְ אֶל־נְמָלָה עָצֵל abi ad formicam piger, Prov. 6. v. 6.

עַצְלָה *f.* Pigritia, Prov. 19. v. 15. *Duale*, בַּעֲצַלְתַּיִם pigritia, duplici, *i. e.*, ambarum manuum, Eccles. 10. vers. 18., *quasi* בְּעַצְלוּת יָדַיִם.

עַצְלוּת *f.* Pigritia: וְלֶחֶם עַצְלוּת, Prov. 31. vers. 27., panem pigritiæ, *qui videl.* a pigro *sumitur*; *Vulg. reddit*, panem otiosa (non comedit).

עָצַם Valuit, invaluit; *idque vel* robore: *unde* roboratus, corroboratus est, robustus, *&* potens fuit, *sive* factus est; *vel* numero: *unde* multus, plurimus, numerosus fuit, *sive* factus est, multiplicatus est: *Item* obstipat, clausit, *petita significatione a radice Chald.* עצם, *alias* עמץ connivit, arctavit oculum; *vel a radice cognata* עצה, *ut notat Joa. Simon. Præterit.* וְעָצַם כֹּחוֹ & invalescet robur ejus, *sive* & roborabitur fortitudo ejus, Dan. 8. v. 24., וְעָצַם בִּמְעַט־גּוֹי, Dan. 11. vers. 23., & roborabit se, *vel* prævalebit, *& juxta Vulgat.* superabit cum, *sive* in parvo populo; *vide infra in* עֹצֶם: עָצַמְתָּ מִמֶּנּוּ מְאֹד, Gen. 26. vers. 16., invaluisti, roboratus es præ nobis valde, *i. e.* potentior nobis factus es valde; *Plural.* עָצְמוּ multiplicati, multiplicatæ, Psalm. 40. vv. 6. 13., Jerem. 15. vers. 8., *item* confortati, roborati, roborata sunt, Psal. 69. v. 5., 139. v. 17., Isa. 31. v. 1., Jerem. 5. v. 6., 30. vv. 14. 15., *& in pausa* עָצֵמוּ roborati sunt, invalue-

fuerunt, Pſalm. 38. v. 20. *Partic. præſens* וְעֹצֵם עֵינָיו & obſtipans, *ſive* claudens oculos ſuos, Iſa. 33. verſ. 15. *Partic. Pahul* עָצוּם, *quod vide infra inter nomina*: *Infin. cum affix.* וּכְעָצְמוֹ, Dan. 8. v. 8., & quum roboratus eſſet, invaluiſſet, *ſive*, *juxta Vulg.*, cumque creviſſet: *Futur. plur.* וַיַּעַצְמוּ & roborati, confortati ſunt, Exod. 1. vv. 7. 20. *Pih.* עִצֵּם exoſſavit, *vel* oſſa comminuit, contrivit, *juxta Kimchium*, *R. Salomonem*, *alioſque*, *ſignificatione ex nomine* עֶצֶם, *quod latine* os *ſonat*, *deducta*: *Præterit. cum affix.* עִצְּמוֹ exoſſavit eum, Jerem. 50. v. 17., *ubi Chald. vertit*, אַסְפְּנוּן hauſit, conſumpſit eos: *Futur.*, *ex ſignificatione in Kal*, וַיְעַצֵּם אֶת־עֵינֵיכֶם & obſtipavit, & clauſit oculos veſtros. *Hiph. Futur. cum affix.* וַיַּעֲצִמֵהוּ, Pſalm. 105. v. 24., & potentem effecit eum; *Alii vertunt*, & fortiorem, *numero ſcilicet*, fecit eum (hoſtibus ejus); *Vulgat. habet*, & firmavit eum (ſuper inimicos ejus): תַּעֲצֻמוֹת *vide infra inter nomina*.

עָצְמָה, עָצְמִי, *&c. Vide ſupra in verbo*, *& infra in nominibus*.

עָצוּם *m.* Robuſtus, validus, potens, numeroſus: עָצוּם מְאֹד numeroſum valde, Num. 32. v. 1., *ubi a Vulg. redditur*, infinita ſubſtantia; וְעָצוּם & potentem, Gen. 18. v. 18. *Plural.* עֲצוּמִים, *&* עֲצֻמִים, Deut. 4. v. 38., Pſalm. 135. verſ. 10., Prov. 18. v. 18., *&c.*, robuſti, fortes, *Item* numeroſi; אֶת־מֵי הַנָּהָר הָעֲצוּמִים (adducet) aquas fluminis validiſſimas, *ſive* fortes, Iſa. 8. v. 7. *Cum affix.* בַּעֲצוּמָיו robuſtis ſuis, *ſcil.* membris, Pſalm. 10. v. 10., *Vulgat. ibidem ſenſum expreſſit*. *Fœmin.* עֲצֻמוֹת robora: *Cum affix.* עֲצֻמוֹתֵיכֶם robora veſtra, *ſcil.* argumenta, Iſa. 41. v. 21.

עֹצֶם *maſc.* Robur, Deut. 8. v. 17. *Cum affix.* עָצְמִי, Pſalm. 139. v. 15., robur meum, vis mea; *aliis eſt* os meum, *vel* ſubſtantia mea, *vel* corpus meum. *Fœm.* עָצְמָה robur, Iſa. 40. v. 29., *ſed quibuſdam aliis hoc in loco* ה *finalis videtur paragog.*, *&* Nahum. 3. v. 9. *videtur affix.*, *deficiente tamen Mappik*, *ſicuti alibi occurrit*; *unde à Vulg.*, *aliiſque ibidem redditur*, robur, fortitudo ejus: *Conſtr.* בְּעָצְמַת cum fortitudine, *ſive* in copia, *&* *juxta Vulg.* in duritia, Iſa. 47. verſ. 9.

עֶצֶם *c.*, *ſed fœmin. ſæpius*, Os, oſſis, *à* robore: *Synecdochice*

 corpus,

corpus, ſubſtantia: *& inde ſumitur pro pronomine, quod Latini dicunt*, ipſemet, ipſummet, ille ipſe; *ut apud Rabbinos*, עַצְמִי ego ipſe, עַצְמְךָ tu ipſe, בְּעַצְמוֹ per ſeipſum, *&c.*; עֶצֶם os, Gen. 2. v. 23., אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים, Thr. 4. v. 7., rubuere corpore, *vel* ſubſtantia præ margaritis, carbunculis, gemmis, *vel* lapillis pretioſis; *Vulg. reddit*, rubicundiores ebore antiquo; בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה, Geneſ. 7. v. 13., in robore diei illius, *h. e. propè meridiem; Vulgat. habet*, in articulo diei illius, עַד־עֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה uſque ad illum ipſum, hunc ipſum, huncmet diem, Levit. 23. v. 14., בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ in illa ipſa, ipſamet integritate ſua, Job. 21. verſ. 23., וּכְעֶצֶם הַשָּׁמַיִם, & ſicut ipſummet cœlum, Exod. 24. v. 10. *Cum affix.* אֶל־עַצְמוֹ ad oſſa ejus, Job. 2. v. 5. *Plur.* עֲצָמִים oſſa, Ezech. 24. verſ. 4. *Cum affix.* עֲצָמַי oſſa mea, Pſalm. 6. v. 3., עֲצָמֵינוּ oſſa noſtra, Pſal. 141. v. 7. *Fœm.* עֲצָמוֹת oſſa, Prov. 14. v. 30. *Conſtr.* אֶת עַצְמוֹת cum oſſibus, 2. Reg. 23. v. 18. *Cum affix.* וְעַצְמֹתֶיךָ & oſſa tua, Iſa. 58. v. 11.

עֶצֶם, *& in pauſa* עָצֶם Etzem, *vel* Atzem, *& juxta Vulg.* Aſem, Eſem, Aſom, Joſ. 19. v. 3., 15. v. 29., 1. Paral. 4. v. 29., *nom. propr. urbis*.

תַּעֲצֻמוֹת *f. p.* Vires, Pſalm. 68. v. 36.

עַצְמוֹן, *vel* עַצְמֹן Atzmón, *nom. propr. loci*, Num. 34. v. 5.

עַצְמוֹנָה, *&* עַצְמֹנָה *Idem, ſed cum* ה *locali*, Num. 34. v. 4.

עֶצְיוֹן־גֶּבֶר Aſiongaber, *juxta Vulgat. nom. propr. loci*, Num. 33. v. 35., *& urbis*, Deut. 2. v. 8., *&c.*

* עצץ, נַעֲצוּץ *Vide in* נעץ.

עָצַר Clauſit, concluſit, incluſit, occluſit: continuit, detinuit: cohibuit, coercuit imperando, imperavit: *Conſtruitur cum Accuſat., & Præpoſit.* ב: *Præter.* עָצֹר עָצַר occludendo occluſerat, claudat, Gen. 20. v. 18., Deut. 11. v. 17.. וְלֹא־עָצַר כֹּחַ, 2. Paralip. 13. v. 20., & non detinuit, *i. e.* non obtinuit, non habuit vires, *ſive* non potuit, non valuit, *& ut habet Vulg.*, nec valuit (ultra) reſiſtere; *Cum affix.* עֲצָרַנִי יְהוָה מִלֶּדֶת, Geneſ. 16. verſ. 2., cohibuit, concluſit, continet me Dominus, ne pariam; וְלֹא עָצַרְתִּי כֹּחַ, Dan. 10. vv. 8. 16., non detinui, tenui, *i. e.* non retinui vires; *Eleganter Vulg. vertit*,

tit, nec habui quidpiam virium, *&* nihil (in me) remansit virium; וְעָצַרְתִּי, Isa. 66. v. 9., & cohibebo *deinceps partum*? *Vulg. vertit*, & ego sterilis ero? *Plur.* עָצְרוּ, 2. Paral 20. v. 37., obtinuerunt (vires); *ibi enim nomen* כֹּחַ *per ellipsin reticetur*; *Vulg. aliique reddunt*, valuerunt, potuerunt; *sed* עָצְרוּ בְמִלִּים, Job. 29. v. 9., concontinuerunt verba, *i. e.* siluerunt, *sive* cessabant loqui: *Particip. Pahul* עָצוּר, *&* עָצֻר cohibitus, conclusus; וְאָפֶס עָצוּר, Deut. 32. v. 36., & non clausus, *sive* servatus; *Vulg. reddit in plur.*, residuique; וְהוּא עָצוּר & ipse clausus, *i. e. non prodibat in publicum*, Nehem. 6. vers. 10. *Fœm.* עֲצֻרָה־ cohibita, conclusa, 1. Sam. 21. v. 6. *Infin.* עָצֹר occludendo, Gen. 20. v. 18., וַעְצֹר continere, Job. 4. vers. 2., לַעְצֹר כֹּחַ ad retinendas, *i. e.* ad obtinendas, habendas vires, 2. Paral. 22. v. 9., *Vulg. optime ibidem*, *eleganterque sensum expressit*: *Futur.* אֶעְצוֹר claudam, clausum tenebo, 2. Paral. 7. v. 13., אַל־תַּעֲצָר־לִי ne detineas me, ne mihi moram facias, 2. Reg. 4. v. 24., *& cum affix.* תַּעְצְרֵנִי cohibebis, detinebis me, Jud. 13. v. 16., יַעְצֹר imperium tenebit, dominabitur, 1. Sam. 9. v. 17., *item* valeat, prævaleat, 2. Paralip. 14. vers. 10., וּמִי יַעֲצָר־כֹּחַ, & quis habebit vires, *sive* & quis poterit? 2. Paral. 2. v. 5., יַעְצֹר בַּמַּיִם cohibebit, continebit aquas, Job. 12. v. 15., *Cum affix.*, *&* ה *paragog.* יַעַצָרְכָה detineat, cohibeat te, *& juxta Vulgat.* occupet te, 1. Reg. 18. v. 44., וַיַּעַצְרֵהוּ & coercuit eum, 2. Reg. 17. v. 4., *Vulg. reddit*, obsedit eum; *Plural. cum* ה *paragog.* נַעְצְרָה detineamus, retineamus, Jud. 13. v. 15. *Niph. Præter.* נֶעֱצָרָה cohibita esset, Num. 16. v. 50. *Partic.* נֶעְצָר detentus, 1. Sam. 21. v. 7. *Infin.* בְּהֵעָצֵר cum clausum fuerit, 1. Reg. 8. v. 35. *Futur.* וְתֵעָצַר ut cohibeatur.

עֶצֶר *m.* Imperium, Jud. 18. v. 7., *Sed ibidem* עֶצֶר *varie ab aliis redditur*; *LXX. habent*, ἐκπιέζων θησαυροὺς exprimens, *i. e. exponens*, thesauros; *Vulgat. vertit*, magnarumque opum; *Alii aliter*.

עֹצֶר *masc.* Occlusio, coarctatio, Prov. 30. v. 16., Isa. 53. vers. 8.

עֲצָרָה, עֲצֶרֶת *fœm.* Interdictio, prohibitio, detentio: dies fe-

 riatus,

riatus, feria, *proprie ultima*, *festi solennis quasi* clausula; *& metonymice* cœtus ferians. *Dicebatur de certis diebus*, *qualis fuit* octavus *in celebri Tabernaculorum* festo, Levit. 23. v. 36., *&* ultimus *Paschatis*, Deut. 16. v. 8., *unde ad alias ferias ab Ecclesia indictas transfertur*, Joel. 1. v. 4., 2. Reg. 10. v. 20. *Plur. cum affix.* בְּעַצְּרֹתֵיכֶם in festa, *aut* ferias vestras, Amos. 5. vers. 21. *Vulg.*, *aliique reddunt*, cœtuum vestrorum, *sive* in conventionibus, conventibus vestris.

מַעְצוֹר *m.* Prohibitio, impedimentum, 1. Sam. 14. v. 6.

מַעְצָר *m.* Coercitio, imperium, Prov. 25. v. 28.

עָקַב Calcaneum tenuit, *vel* apprehendit, calcaneo supposito pessundedit; *sive*, *juxta Joa. Simonem*, *allosque*, *in genere significat*, pone fuit, à tergo sequutus est, *ut Arab. specialim* ad insidiandum: *Hinc* defraudavit, circumvenit. *Præter.* עָקַב אֶת־אָחִיו calcaneum tenuit fratris sui, *& juxta Vulg.* supplantavit fratrem suum, Hose. 12. vers. 4. *Infin. cum futur.* עָקוֹב יַעְקֹב supplantando supplantat, Jerem. 9. v. 3., *& cum affix.* וַיַּעְקְבֵנִי & supplantavit me, Gen. 27. v. 36. *Pih* עִקֵּב distulit ad extremum, retardavit, *idem quod* עַכֵּב *apud Chaldæos*, *& Rabbinos*, *unde efformatum*, *permutato* כ *in* ק, *ita una cum Buxtorfio multi arbitrantur*; *Alii tamen hujusce Conjugationis sensum derivant a radice Syr.*, *& Arab.* עקב investigavit. *Futur. cum affix.* וְלֹא יְעַקְּבֵם, Job. 37. vers. 4., & non differt illa; *Chald.* יְעַכְּבִנּוּן; *sed Sym. vertit*, καὶ οὐκ ἐξιχνιασθήσεται, *i. e. ut Vulgat. habet*, & non investigabitur; *Joa. Simon vertit*, & non finit investigari, observari ea.

עָקֵב *m.* Calx, calcaneus, *vel* calcaneum, *& per metonymiam effectus*, supplantatio, dolus, fraus; *per synecdochen totius*, pes; *metonymice*, vestigium; *participialiter*, sequens; *metaphorice*, finis, extremum, extremitas, extrema pars; *& adverbialiter*, *vi scilicet præpositionis aut expressæ*, *aut subintellectæ*, extremo, postremo, postremum, in finem, tandem: *Item* compensatio rei, commutatio, præmium, *quia*, *ut notat etiam Kimchi*, extremum *laboris est*: עָקֵב calcaneum, Genes. 3. vers. 15. *Constr.* בַּעֲקֵב in calcaneo, Gen. 25. v. 26. *Cum affix.* וְאֶת־עֲקֵבוֹ & calcem, *id est*, extre-

extremam partem ejus, Jos. 8. v. 13. *Plur. constr.* עִקְּבֵי־סוּס calces equi, Gen. 49. v. 17., *cum* Dagesch *euphonico*: בְּעִקְּבֵי הַצֹּאן in vestigiis gregis, Cantic. 1. v. 8. *Cum affix.* עֲקֵבַי vestigiorum meorum, Psalm. 49. v. 6., עֲקֵבַיִךְ calcanei tui, pedes tui, *synecdochice*, Jerem. 13. v. 22. *Fœm. Plural.* עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ vestigia Christi tui, Psalm. 89. vers. 52. *Cum affix.* וְעִקְּבוֹתֶיךָ & vestigia tua, Psalm. 77. vers. 20.

עָקֹב *masc.* Fraudulentum, pravum, perversum, Jerem. 17. vers. 9., *ita* Isa. 40. v. 4., *sed cum præfix.* הֶעָקֹב pravum *Hinc nomen* Jacobi יַעֲקֹב fraudulentus, supplantator: *quod in partu* calcem *fratris* tenuit, *quasi ipsum in primogenitura* supplantare *volens*, Genes. 25. vers. 26. *Fœm.* עֲקֻבָּה מִדָּם, Hose. 6. v. 8., vestigiata, calcaneata, plena vestigiis, *sive juxta alios* retenta, occupata, foedata, *sive* polluta a sanguine; *Vulg. reddit*, supplantata a sanguine.

עָקְבָה *f.* Fraus: *Unde cum præfix.* בְּעָקְבָה per fraudem, fraudulenter, 2. Reg. 10. v. 19.

עֵקֶב *m.* Emolumentum, fructus, præmium, merces, *quia ea operis* finis *est*. *Sic* τὸ τέλος, 1. Petr. 1. v. 9. *Et adverbialiter*, ad extremum, in finem usque, finaliter: *Item*, pro, propter, quia, propterea quod, eo quod; עֵקֶב רָב emolumentum magnum, merces magna, Psal. 9. v. 12., יָשֹׁמּוּ עַל־עֵקֶב בָּשְׁתָּם, Psalm. 40. vers. 16., desolentur pro mercede pudoris sui, *sive* ignominiæ suæ; *Vulgat. vertit*, ferant confestim confusionem suam; *ita* Psalm. 70. v. 4., עֵקֶב עֲנָוָה præmium mansuetudinis, *& juxta Vulg.* finis modestiæ, Prov. 22. v. 4. *Sed* עֵקֶב שֹׁחַד pro munere, propter munera, Isa. 5. v. 23., עֵקֶב הָיְתָה quia fuit, Num. 14. v. 24., עֵקֶב אֲשֶׁר pro eo quod, quandoquidem, Genes. 22. v. 18., עֵקֶב כִּי propterea quod, Amos. 4. v. 12., *& absolute positum*, עֵקֶב finaliter, in finem usque, Psalm. 119. vv. 33. 112., *Sed ultimo loco Vulg. reddit*, propter retributionem; pro mercede *etiam exponunt plerique Rabbini*; *idque recte*.

עָקַד Ligavit, colligavit, *proprie artus*, *ut oves quatuor pedibus* colligari *solent ad mactationem*: *Futur.* וַיַּעֲקֹד & colligavit (*artubus*), Gen. 22. v. 9.

עָקֹד *m.* Varium, maculosum, *proprie cruribus, ubi* ligari *solet pecus, ut scribit R. Salomon*, Genes. 30. v. 40. *Plur.* עֲקֻדִּים varios, Gen. 30 v. 39., *&c.*

בֵּית־עֵקֶד Beth Heked, *nom. propr. loci, à* ligatione *sic dicti, quod ibi oves in tonsuram* ligare *solerent*, 2. Reg. 10. v. 12. *Aliis tamen est nomen appellativum*; *Unde verterunt, Aq. quidem* οἴκῳ κάμψεως in domo curvationis, *sive* curvantium; *Sym.* οἴκῳ ἑκάστου in domo singulorum; *Vulg.* ad cameram pastorum.

עקה *Radix Hebræis inusit. Sed Arab., ut notat Jo. Simon*, עקי *est* retinuit, detinuit. *Inde, ut eidem videtur, est* מַעֲקֶה *m.*, Deut. 22. v. 8., lorica, loricatio, peribolus, *i. e. septum tectorum*; *tecta enim in Palæstina fuerunt plana in edificiis, unde munimento egebant, ne quis decideret*; *Vulg. reddit* murum tecti.

עָקָה *f. Unde constr.* עָקַת *vide supra in* עוק.

עקל Pervertit, intortus, tortuosus fuit; *In Kal inusit. Inde Pyhal partic.* מְעֻקָּל perversum, tortuosum, obtortum, Abac. 1. v. 4.

עֲקַלָּתוֹן *m.* Tortuosus, Isa. 27. v. 1.

עֲקַלְקַלּוֹת *f. p.* Tortuosa, devia, Jud. 5. vers. 6. *Cum affix.* עֲקַלְקַלּוֹתָם in tortuosis viis suis, Psalm. 125. v. 5., *Vulg. ibidem reddit*, in obligationes, *sed mendum forsan, pro* in obliquationes.

עֲקָן Acán, *nom. propr. viri*, Gen. 36. v. 28.

עקר Exstirpavit, eradicavit, enervavit. *Infinit.* עֵת לַעֲקוֹר tempus exstirpandi, Eccles. 3. vers. 2. *Niph. Futur.* תֵּעָקֵר exstirpabitur, Soph. 2. v. 4. *Pih.* אֶת־סוּסֵיהֶם עִקֵּר equos ipsorum enervavit, suffragines succidit, Jos. 11. vers. 9., *Plur.* עִקְּרוּ שׁוֹר exstirparunt, avulserunt, *juxta Ab Esram, sed juxta Vulgat.* suffoderunt murum, Genes. 49. v. 6. *Futur.* וַיְעַקֵּר & enervavit, suffragines succidit, 1. Paral. 18. v. 4., תְּעַקֵּר suffragines succides, enervabis, Jos. 11. v. 6.

עקר *Chald, unde Ithpehal præter. plural.* אֶתְעֲקַרוּ eradicata fuerunt, Dan. 7. v. 8. *Scribitur cum* ו *ex forma pluralis masculini, sed legendum juxta Massorethas*, אֶתְעֲקַרָה, *ex forma fœmin.*

עָקָר

עָקָר *masc.*, *& fœm.* עֲקָרָה, עֲקֶרֶת sterilis, Deut. 7. v. 14., Psalm. 113. v. 9., ex *quibus virtus pariendi eradicata*.

עֵקֶר *m.* Stirps, indigena, *qui è familia peregrina ortus alibi* radices egit, *& stirpem fecit*, Lev. 25. v. 47.

עִקַּר *masc. Chald.* stirps, radix, fundamentum: עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי stirpem radicum ejus, Dan. 4 v. 12.

עַקְרָב *m.* Scorpio, Deut. 8. v. 15. *Plur.* עַקְרַבִּים scorpiones: לְמַעֲלֵה עַקְרַבִּים, Numer. 34. vers. 4., Jos. 15. vers. 3., per ascensum scorpionum; מִמַּעֲלֵה עַקְרַבִּים, Jud. 1. vers. 36., ab ascensu scorpionum, *ita multi una cum Vulg. reddunt*; *sed quibusdam aliis Interpretibus τὸ* עַקְרַבִּים *est nomen proprium loci, sive vici in via, quæ tendit Jordanem versus, & Jerichuntem*; *redditurque*, per ascensum Acrabin, *sive* Acrabbim: *Item metaphorice notat*: 1. homines pessimos, *ut* וְאֶל־עַקְרַבִּים, Ezech. 2. v. 6., & apud scorpiones: 2. virgam spineam, *aut* flagellum spinis aculeatum, *ut Hebræi exponunt*, *& præcipue R. Levi*, *cujus hæc sunt verba*: scorpiones, *i. e.* baculi pleni spinis, qui pungebant, & dolorem afferebant gravissimum: *Sed & ex Latinis Isidorus lib. 5. Originum cap. 27. animadvertit*, *quod*: Virga, si lenis fuerit, virga est; si nodosa, vel aculeata, scorpio recte vocatur, quia arcuato vulnere in corpus infigitur. *Occurrit autem hoc in sensu cum præfix.*, *videl.* בָּעַקְרַבִּים, 1. Reg. 12. vv. 11. 14., 2. Paral. 10. vv. 11. 14., (cædam vos) scorpionibus, *id est* flagellis aculeatis.

עֶקְרוֹן Ekrón, *& juxta Vulg.* Accaron, Acron, *nom. propr.* *urbis in Tribu Dan*, *sive*, *ut arbitratur S. Hieron.*, *in Tribu Judæ*, Jos. 15. v. 45., 19. v. 43., 1. Sam. 17. vers. 52., Jerem. 25. v. 20.

עֶקְרוֹנִים Ekroním, *& juxta Vulg.* Accaronitæ, *nom. commune virorum è civitate* Accaron *oriundorum*, 1. Sam. 5. v. 10.

עָקַשׁ Pervertit, subvertit, depravavit. *Niph.* נֶעְקַשׁ perversus fuit: *Inde partic. constr.* וְנֶעְקַשׁ דְּרָכַיִם, Prover. 28. v. 18., & perversus ambabus viis, *i. e.* in utramque partem; *vel* huc illuc se flectens, *& opponitur integrè*, *& recta via ambulanti*; *LXX. verterunt*, ὁ δὲ σκολιαῖς ὁδοῖς πορευόμενος, *i. e.*, *ut Vulg. etiam habet*, qui autem per-

 versis

versis graditur viis. *Pih. Præter. plural.* עִקְּשׁוּ לָהֶם, Isa. 59. vers. 8., (& tramites suos) pervertunt, depravant, *sive* perverterunt sibi; *Vulgat. habet*, (semitæ eorum) incurvatæ sunt eis: *Particip.* וּמְעַקֵּשׁ & pervertens, depravans, Prov. 10. vers. 9., מְעַקֵּשׁ *vide infra in nom.* עִקֵּשׁ; *Plur.* מְעַקְּשִׁים *vide inter nomina*: *Futur. plur.* יְעַקֵּשׁוּ pervertunt, Mich. 3. v. 9. *Hiph. futur. cum affix.* וַיַּעְקְשֵׁנִי, Job. 9 v. 20., & perverteret me, *sive*, *juxta alios*, & perversum fecit me, *sive* arguit; *Vulg. reddit*, pravum me comprobabit.

עִקֵּשׁ, *&* עִקֵּשׁ *m.* Pravus, tortuosus, Deut. 32. v. 5., 2. Sam. 22. v. 27., Psalm. 18. v. 27., *&c. Cum præfix.* מֵעִקֵּשׁ præ perverso, Prov. 19. vers. 1., *ubi Vulg. vertit*, torquens; מֵעִקֵּשׁ דְּרָכַיִם, Prov. 28. v. 6., præ perverso, *sive* quam perversus viis. *Plur.* עִקְּשִׁים perversi, Proverb. 2. vers. 15. *Constr.* עִקְּשֵׁי לֵב perversi animo, Proverb. 11. vers. 20.

עִקֵּשׁ Ikesc, *&* *juxta Vulg.* Acces, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 23. v. 26., 1. Paral. 11. v. 28.

מַעֲקָשׁ *masc.* Perversitas, *&* *juxta LXX.*, *Vulg.*, *&* *quosdam alios* obliquum, tortuosum, pravum; *Plural.* וּמַעֲקַשִּׁים & perversitates, *h. e.* viæ perversæ, *&* salebrosæ; *LXX. habent*, καὶ τὰ σκολιὰ & obliqua; *Vulg. reddit*, & prava.

עִקְּשׁוּת *f.* Perversitas, Prov. 4. v. 24., 6. v. 12., *à Vulg. redditur*, (os) pravum, *&* (ore) perverso.

עָר, עַר *Vide supra pag. 929., vide etiam in* עִיר *pag. 948.*

עִירָא Hira, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 20. v. 26., 23. vers. 26., 1. Paral. 27. v. 9.

עָרַב Miscuit, commiscuit, permiscuit, permutavit; *unde ad varia transfertur*: I. Negotiatus est, *q. d.* permiscuit, *&* permutavit merces: II. Spopondit, fidejussit, in fidem recepit, *quod quidem fit sui cum alterius persona veluti* permixtione, *&* permutatione; *&* *sic construitur cum Accusativo*, *&* *Præpositionibus* עִם, עַל, לְ: III. Oppigneravit, pignus cum mutuo permutavit: IV. Amœnus, suavis, gratus, jucundus, dulcis fuit, placuit, oblectavit; variatio *enim*, *&* mutatio delectat; *&* *ita Dativo jungitur*: V. Pertexit: VI. Advesperascit, obscuratus, obtene-

tenebratus est, *q. d.* lux cum tenebris permixta, *&* permutata est. *Præter.* עָרַב אֶת־הַנַּעַר spopondit pro hoc puero, Gen. 44. v. 32., עָרַב אֶת־לִבּוֹ qui spondeat cum animo suo, *sive* pro corde suo, (*ipsum scil.*) ad me reversurum); *Vulg. vertit*, qui applicet cor suum, Jerem. 30. vers. 21.; *Fœm.* עָרְבָה כָּל־שִׂמְחָה, Isa. 24. v. 11., obscurabitur, *sive* obscurata, obtenebrata est omnis letitia, *id est occidet, abibit in tenebras, id est luctum; Unde Vulgat. optime vertit*, deserta est omnis lætitia; *Sed* וּשְׁנָתִי עָרְבָה לִּי, Jerem. 31. v. 26., & somnus meus suavis, *sive* dulcis fuit mihi; אִם־עָרַבְתָּ לְרֵעֶךָ si spopondisti amico tuo, Prov. 6. v. 1., אֲשֶׁר עָרַבְתְּ עֲלֵיהֶם, Ezech. 16. vers. 37., quibus placuisti, *vel* quibus te oblectasti super, *sive* erga eos, *sed redundat* עֲלֵיהֶם, *q. d. quorum consuetudo tibi fuit gratissima; Vulgat. vertit*, quibus commista es; *Plural.* לֹא עָרְבוּ לִי non sunt suavia mihi, Jerem. 6. v. 20. *Partic.* עֹרֵב עֲרֻבָּה spondens sponsionem, Prov. 17. v. 18., *Aliud vide inter nomina; Plur.* אֲנַחְנוּ עֹרְבִים nos oppigneramus, Neh. 5. v. 3., עֹרְבִים *vide inter nomina*; בְּעֹרְבִים מַשָּׁאוֹת inter spondentes pro debitis, Prov. 22. v. 26. *Construct.* וְעֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ miscentes, negotiantes commercia tecum, Ezech. 27. vers. 27., *Infin.* רָפָה הַיּוֹם לַעֲרֹב, Jud. 19. vers. 9., remittit, *sive* remisit dies ad vesperascendum, *i. e. ut vesper fiat; Vulg. vertit*, & appropinquat ad vesperam; לַעֲרֹב מַעֲרָבֵךְ, Ezech. 27. vers. 9., ad miscenda commercia tecum; *Alii vertunt*, ad distrahendas merces tuas, ad mercandum in mercatu, *sive* foro, *sive* emporio; *Vulgat. habet*, negotiationis tuæ: *Imperat.* עֲרֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב spoude pro servo tuo in bonum, Psalm. 119. vers. 122., *i. e., ut notat R. Salomon*, esto fidejussor, *vel* pignus pro me contra malum, *q. d. defende, & libera me, ne mali me opprimant; Vulg. vertit*, suscipe servum tuum in bonum; *Cum affix.* עָרְבֵנִי עִמָּךְ, Job. 17. vers. 3., sponde pro me, in fidem recipe me apud te; *Quibusdam videtur esse infinit. pro nomine, redditurque*, (pone) spondere meum, *sive* sponsionem meam apud te; *Sed* Isa. 38. vers. 14., *a nonnullis redditur*, pertexe me, *i. e. proroga vitam meam, sive effice, ut justum vitæ meæ spatium percurram;*

Vulgat.

Vulg. habet, responde pro me: *Futur. cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* אֶעֶרְבֶנּוּ, Genes. 43. v. 9., spondebo pro eo, in fidem meam recipiam eum; יֶעֱרַב עָלָיו שִׂיחִי, Psalm. 104. vers. 34., gratum, dulce, jucundum erit, *vel* sit ei eloquium meum; *Plur.* יֶעֶרְבוּ grata erunt, *sive* placebunt, Hose. 9. v. 4. *Hiph. Infin.* הַעֲרֵב, 1. Sam. 17. vers. 16., vesperascendo, *i. e.* vespere; *est Infinitivus loco adverbii*, *ut Kimchi in comment. notat*: *Vide infra inter nomina* עֶרֶב, *&* תַּעֲרוּבָה. *Hitph.* הִתְעָרֵב miscuit, *sive* permiscuit se: *Item* sponsionem *cum altero* fecit, sponsione *cum altero* contendit, spopondit. *Præterit. plural.* וְהִתְעָרְבוּ זֶרַע הַקֹּדֶשׁ, Esdr. 9. vers. 2., & miscuerunt se semine sancto; *sive*, *juxta Vulg.*, & commiscuerunt semen sanctum (cum populis terrarum): *Imper.* הִתְעָרֶב נָא אֶת־אֲדֹנִי, 2. Reg. 18. vers. 23., Isa. 36. v. 8., sponde nunc, *sive* sponsionem fac cum domino meo, *juxta Hebræos communiter*; *Quidam autem reddunt*, nunc misce te, *scil. bello*, cum domino meo; *Vulgat. habet*, nunc igitur transite ad Dominum meum; *&* *alibi*, trade te Domino meo: *Futurum*, תִּתְעָרָב misceбis, *sive* misceas te, *&* *juxta Vulgat.* commiscearis, Prov. 20. v. 19., 24. v. 21., לֹא יִתְעָרַב non miscebitur, non immiscebit se, Prov. 14. v. 10., *Plur.* וַיִּתְעָרְבוּ & commiscuerunt se, Psalm. 106. v. 35.

עֲרַב *Chald.* miscuit. *Pahel partic. præt.* מְעָרַב בְּחֲסַף טִינָא, Dan. 2. v. 43., mixtum, admistum testæ ex luto, *sive* cum luto cœni, *ita habent LXX.*, *Vulgat.*, *aliique*. *Ithpahal particip.* מִתְעָרַב commixtum, *sive juxta alios* miscens se, Dan. 2. vers. 43., *Plural.* מִתְעָרְבִין, Dan. 2. vers. 43., commixta; *Alii reddunt*, miscentes se; *Vulg. habet*, commiscebuntur.

עָרֵב *masc.* Suavis, dulcis, Cantic. 2. vers. 14., Prover. 20. vers. 17.

עֵרֶב *masc.* Miscellanea, mixta turba: *Occurrit hoc in sensu* Exod. 12. vers. 38., *ubi a Vulgat. redditur*, vulgus promiscuum; *&* Nehem. 13 v. 3., *ubi Vulg. vertit*, alienigenam, *natum scil. ex gentibus*, *quibus lex noluerat esse jus connubii*, *&* *bonorum*: *Item* trama, subtegmen, *quasi* mixturam *dicas*, *quod* stamini *ex transverso intexitur*, *&* immisce.

miſcetur : *Occurrit cum præfix.* הָעֵרֶב , Levit. 13. vv. 52. 56. 59 *Cum affix.* בְּעֵרֶב , בָּעֵרֶב in trama , ſubtegmine , *vel* ſubtemine , Levit. 13. vv. 48. 51. 53.

עֶרֶב *m. Eſt* : I. Mixta, miſcellanea turba, mixtura variorum populorum , vulgus , *ita occurrit* Jerem. 25. vv. 20. 24., 50. v. 37., *ſed notandum , quod* v. 24. *laudato a Vulg. , & quibuſdam aliis redditur* , (regibus) occidentis : II. Arabia. *nom. propr. regionis* , 1. Reg. 10. v. 15. , *alias ſcriptum legebatur* עֲרָב , *&* עֲרַב , *ſed hæc ipſa vide infra aliis in nominibus pag.* 1018. III. Salix ; *Inde plural.* עֲרָבִים ſalices , *ſic dictæ ab* amœnitate , *quod inter prima virentia ſunt , vel quod* campeſtribus locis gaudent , *ut notat Buxtorfius* ; *Sed Joa. Simon arbitratur , dictas* עֲרָבִים , *quod virgis corbium , paliſque ſepimentorum* tramæ *inſtar* immiſceantur , *&* implicentur : *Occurrit* Pſalm. 137. v. 2., Iſa. 15. verſ. 7. *Cum præfix.* כַּעֲרָבִים uti ſalices , Iſa. 44. verſ. 4. *Conſtr.* וְעַרְבֵי נָחַל & ſalices torrentis , *ſive , juxta quoſdam* , vallis , Lev. 23. verſ. 40. *Vide , quæ ſequuntur , nomina* : IV. Veſper , veſpera , Gen. 1. v. 5. , *ſic dicta , quod tunc lux tenebris* commiſceri *incipiat* . *Semel fœmininum* , עַד־הָעֶרֶב הַשְּׁלִישִׁית uſque ad veſperam tertiam , 1. Sam. 20. v. 5., *i. e.* , uſque ad tempus veſpertinum diei tertii , *ut Chaldæus explicat* : *Et Kimchi illic dicit , Adjectivum fœmininum* שְׁלִישִׁית *reſpectum habere ad nomen ſubauditum* עֵת : *In pauſa* עָרֶב , Gen. 24. v. 63., *&c.* , הָעָרֶב , Exod. 18. v. 13., *&c.* , veſpera ; בְּעֶרֶב , Prov. 7. verſ. 9., בָּעֶרֶב , Gen. 19. verſ. 1., *&c.* , *&* בָּעָרֶב , Exod. 12. v. 18., *&c.* , veſpere , *vel* veſperi ; לְעֶרֶב , Job. 4. v. 20. , *&c.* , *&* לָעֶרֶב , 1. Paral. 23. v. 30., *&c.* , veſpere , ad veſperam ; מֵעֶרֶב , Exod. 27. verſ. 21., *&c.* , a veſpera. *Plural. fœm.* עַרְבוֹת veſperæ , Jerem. 5. v. 6. *Duale* בֵּין הָעַרְבָּיִם inter duas veſperas , Exod 12. v. 6., *i. e.* , *ut Kimchi in libro Radicum ſcribit* , a tempore inclinationis ſolis ad occidentem , quod eſt a ſexta hora , & ulterius uſque ad noctem . Dicit autem עַרְבַּיִם , quod notat duas veſperas . Nam a tempore , quando ſol incipit declinare , ea eſt veſpera una : poſt occaſum ſolis , eſt veſpera altera . Inter hoc tempus eſt illud , de quo dicitur בֵּין הָעַרְבָּיִם . *Per* ſextam

sextam *hic non intelligitur nostra sexta vespertina*, *sed* sexta *diei Judaici*, *i. e.*, *ipse* meridies. *Dies enim in duodecim horas erat divisus*, Job. 11. vers. 9. *Latius hæc ipsa explicant Talmudistæ in Tractatu* פסחים de paschate, *cap.* 5. *fol.* 6., *&* *in* Gemara, *R. quoq. Salomon in hunc textum*, *Masemon*, *Tractatu* תמיד de sacrificio jugi *cap.* 1., *&* de sacrificio Pesach *capit.* 1., *& in Tractatu* תפלה de precibus *cap.* 3., *Aruch in* פלג: Genes. 49. vers. 27. *in Targ. Hierosol.*, *& Jonat.*, *Joseph. Scalig. in* de emendat. Temporum, *fol.* 532.

עָרֹב *m.* Colluvies, mixtura insectorum, *vel variorum* animalium; *Bocharto est* musca nigra; *LXX. est* κυνόμυια musca canina; *Hieronymus tamen putavit apud LXX legendum* κοινόμυιαν cœnomyam, *id est*, communem muscam; *quo sensu Aquila reddit*, παμμυίαν, *i. e.* omnimodam muscam, muscam-omnis generis: *Occurrit autem* Exod. 8. vv. 17. 18. 20. 25. 27., Psalm. 78. v. 45., 105. v. 31.

עֹרֵב *m.* Corvus, *a colore* vespertino, *i. e.* obscuro, *&* nigro *sic dictus*, Gen. 8. vers. 7., Levit. 11. v. 15., *&c. Cum præfix.* כְּעוֹרֵב ut, *sive* quasi corvus, Cant. 5. vers. 11., לָעֹרֵב corvo, Job. 39. v. 3. *Plur.* וְאֶת־הָעֹרְבִים & corvis (præcepi), 1. Reg. 17. vers. 4. *Constr.* עֹרְבֵי־נַחַל corvi torrentis, Prov. 30. v. 17.

עֹרֵב, *vel* עוֹרֵב Oreb, *nom. propr. viri*, Jud. 7. v. 25., Psal. 83. v. 12. *Item nom. prop.* petræ, rupis, *sic dictæ*, *postea scil.*, *ab* Orebi *nece*, Jud. 7. v. 25., Isa. 10. v. 26.

עֲרָב *m.* Arabia, 2. Par. 9. v. 14., *sic dicta a* mixtis populis, *vel quia* solitudo, *&* deserta regio *esset*, *ex significatione nominis* עֲרָבָה *quod mox sequitur*: *Et in* Pathach, עֲרַב, Ezech. 27. v. 21., בַּעְרַב in Arabia, Isa. 21. v. 13. *Atque inde nomen gentile* עֲרָבִי, Isa. 13. vers. 20., *&* בָּעַרְבִי, Nehem. 2 v. 19., Arabs, *sive* Arabicus, *peculiariter qui in urbe degit*; הָעַרְבִי sicut Arabs, Jerem. 3. v. 2. *Plur.* וְהָעַרְבִים & Arabum, 2. Par. 21. v. 16. *Et cum epenthesi* Aleph, וְהָעַרְבִיאִים, 2. Par. 17. v. 11., Ezech. 27. v. 21.

עַרְבִיאִים *plur. Vide* עֲרָב, *quod præcedit*.

עֲרָבָה *f.* Campestris locus, campestria, Job. 24. v. 5. *Item* solitudo, desertus locus, Jerem. 50. v. 12., כָּעֲרָבָה sicut soli-

solitudo, Isa. 33. vers. 9. *Cum* ה *locali*, הָעֲרָבָתָה versus campestria, Jos. 18. v. 18. *Quibusdam est proprium nomen loci, quod vide infra*; *Cum affix.* וְעַרְבָתָהּ & campestria, & desertum, *sive, juxta Vulg.*, & solitudinem ejus, Isa. 51. vers. 3. *Plur.* זְאֵב עֲרָבוֹת, Jerem. 5. v. 6., lupus desertorum, *sive* campestrium; *Vulgat. tamen, aliique vertunt*, lupus ad vesperam, *sive* vesperarum, *h. e.* vespertinus: *Item metaphorice* עֲרָבוֹת, *uti quibusdam videtur, sunt* cœli, *vel* nubes, *sic* לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת equitanti super cœlos, Psal. 78. v. 5., *juxta Ab. Esram, & explicat per* v. 34., *ubi dicitur*, לָרֹכֵב בִּשְׁמֵי שְׁמֵי קֶדֶם qui insidet cœlis cœlorum antiquorum. *R. Mosche dixit, sic appellari* cœlum, *quod latum, & extensum sit instar* loci campestris. *Majemon. in More, parte* 1. *cap.* 70., *& Kimchi in Comment. accipiunt de* cœlo supremo, *Dei sede, ubi* amœnitas, *&* suavitas *perfectissima*. *R. Eliezer in Capitulis suis scribit*: septem firmamenta creavit Deus, ex quibus non elegit thronum gloriosum regale, nisi hoc, quod dicitur עֲרָבוֹת; *Pagninus quoque vertit*, qui equitat super cœlos; *Sed LXX., atque Vulg. sunt interpretati*, ei, qui ascendit super occasum, *sive, juxta alios*, ad occasum, *id est versus occidentales orbis regiones*; *derivarunt à* עֶרֶב vespera, tempus vespertinum; *Sym. reddit*, τῷ ἐποχουμένῳ ἐν τῇ ἀοικήτῳ (sternite viam) ei, qui vehitur in inhabitata *terra, vel regione*; *ita & Hieron., & quidam alii verterunt*, ascendenti per deserta, *vel* equitanti in campestribus: *Constr.* עַרְבוֹת campestria (Jerico), Jos. 4. v. 13., *& sine* Vau, אֶל־עַרְבֹת ad campestria, *sive* in campestribus, Numer. 31. vers. 12., *& cum præfix.* בְּעַרְבוֹת, *&* בְּעַרְבֹת, Numer. 22. vers. 1., 26. v. 3., *&c.*, in campestribus: *Et transpositis literis*, בְּעַבְרוֹת הַמִּדְבָּר in campestribus deserti, 2. Sam. 15. vers. 28., *quod legendum juxta Massorethas* בְּעַרְבוֹת; מֵעַרְבֹת e campestribus, Deut. 34. v. 1.

הָעֲרָבָה Haaravàh; *& cum* ה *locali* הָעֲרָבָתָה Haaravatah, Jos. 18. v. 18., *nom. propr. loci, sive urbis, juxta quosdam*; *sed à Vulg. redditur primo loco* ad campestria, *altero vero*, in planitiem: בֵּית הָעֲרָבָה *vide supra sub* בֵּית *pag.* 104.

עֲרֻבָּה *f.* Sponsio, vadimonium: עֹרֵב עֲרֻבָּה, Prov. 17. v. 18., spon-

ſpondens ſponſione, *h. e.* vehementer ſpondens: *Cum affix.* וְאֶת־עֲרֻבָּתָם, 1. Sam. 17. v. 18., & arrham, *ſive* pignus eorum (accipies), *ita multi exponunt*; pignore *enim fit* ſponſio; *Sed quidam alii reddunt*, & mixtionem eorum (accipies), *i. e. intelliges cum quibus* mixti ſint; *Vulgat. paraphraſi uſus vertit*, & cum quibus ordinati ſunt, (diſce).

עֲרָבִי, *&* עַרְבִי *Vide ſupra in* עֲרָב.

עַרְבִיִּים, *&* עַרְבִים Arbiim, *&* Arbim, *id eſt juxta Vulgat.* Arabes, 2. Paral. 21. v. 16., 26. v. 7. *Sed* עֲרָבִים ſalices *vide ſupra in* עֲרָבָה.

מַעֲרָב *m. Eſt*: 1. Occidens, Dan. 8. v. 5., *ſic dictus quaſi* veſpertinus, *quod ſole illic* occidente veſpera *fiat*: *aut* שהצורות מתערבות באותה שעה quod rerum formæ eo tempore commiſcentur; לַמַּעֲרָב ad occidentem, 1. Paralip. 7. v. 28., 12. v. 15., 26. vv. 16. 18., מִמַּעֲרָב ab occidente, Pſal. 75. v. 7., 103. v. 12., 107. v. 3., Iſa. 43. v. 5., 59. v. 19. *Cum* ה *locali*, מַעֲרָבָה occidentem verſus, 1. Paral. 26. verſ. 30. *Et fœm.* וּמִמַּעֲרָבָה & ab occidente, Iſa. 45. v. 6. *Item* II. Commercium, negotiatio: *Cum affix.* מַעֲרָבֵךְ negotiationem tuam, Ezech. 27. verſ. 27., *&* verſ. 19. *Plural.* וּמַעֲרָבַיִךְ & commerciorum tuorum, Ezech. 27. verſ. 33.

תַּעֲרוּבָה *f. Inde plural.* תַּעֲרֻבוֹת ſponſiones: וְאֵת־בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת etiam filiis fidejuſſionum, 2. Reg. 14. v. 14., *id eſt*, obſidibus.

עֵרָבוֹן *m.* Arrha, pignus, arrhabo: אִם־תִּתֵּן עֵרָבוֹן ſi dederis arrhabonem, Gen. 38. v. 17.

עַרְבָתָה Aravathah, *vide ſupra in* הָעֲרָבָה *nom. propr. Item aliud cum affix.* עַרְבָתָה *vide ſupra pag.* 1019.

עַרְבָתִי Arvathi, *& juxta Vulgat.* Arbathites, *nom. commune virorum ex* Aravathah *oriundorum*, 2. Sam. 23. v. 31.

ערג Glocitavit, vociferatus eſt: *Verbum cervorum proprium*: *Futur.* כְּאַיָּל תַּעֲרֹג ſicut cervus glocitat, Pſal. 42. v. 2., *ſed Vulgat*, *& quidam alii reddunt*, ſicut cervus deſiderat. *Inde hoc ipſum verbum & aliis animalibus tribuitur*: *ut*, etiam beſtiarum agri quælibet, תַּעֲרוֹג אֵלֶיךָ glocitabit ad te, *id eſt* vociferabitur, rugiet, Joel. 1. v. 20., *Vulg. reddit in plur.*, ſuſpexerunt ad te.

עֲרֻגַת

עֲרֻגָה *f.* Areola, *certis* fulcis, *&* lineis *circumfcripta*, *quam faciunt*, *quum hortum ferunt*, *ut notat R. David in lib. Radicum*. *Dictionem bene derivant nonnulli a* עָרַג, *quod in genere fignificat* extulit; *unde* ערוגה areola *fit veluti* elatio terræ: *Conftr.* כַּעֲרוּגַת הַבֹּשֶׂם ut areola aromatica, Cant. 5. v. 13. *Plur.* עַל־עֲרֻגֹת צִמְחָהּ cum areolis germinationis fuæ (ficcabitur), Ezech. 17. verf. 10., לַעֲרוּגוֹת areolis, Cantic. 6. v. 2., מֵעֲרֻגוֹת de, *five* ex areolis, Ezech. 17. verf. 7.

ערד Rudit; *Arabice* fugit, aufugit. *Inde* עָרוֹד, Job. 39. verf. 5., onager, afinus agreftis, *dictus* ערוד *à* rugitu *juxta quofdam*, *vel à* celeritate curfus, *ut aliis videtur*.

עֲרָד Arad, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 15. *Item nom. propr. civitatis*, Jud. 1. v. 16.

עִירָד Irad, *nom. propr. viri*, Gen. 4. v. 18.

עֲרָד *Chald. fignificat idem ac fupra Hebr.*, *Plural.* עֲרָדַיִן onagri; *Inde in ftatu emphat.*

וְעִם־עֲרָדַיָּא, Dan. 5. v. 21., & cum onagris.

ערה Nudari: *Infin. irregularis*, וְעֹרָה & nudari, Jfa. 32. verf. 11., *pro* לַעֲרוֹת nundandum eft; *Eft autem Infinitivus loco Imperativi*, nudamini, nudate vos, *&* *formam habet à vicino verbo* עור; *vel eft per tranfpofitionem vocalium pro* עֲרֹה. *Niph.* נֶעֱרָה nudari, evacuari, effundi: effufione *enim vas quafi* nudatur. *Futur.* עַד־יֵעָרֶה donec effundatur, Ifa. 32. v. 15. *Et anomalum*, תֵּעוֹר nudabitur, Habac. 3. v. 9., *forma ab* עור *mutuata*. *Pih.* עֵרָה nudavit, evacuavit, deplevit, effudit: *Præter.* עֵרָה מָגֵן nudat clypeum, Ifa. 22. v. 6. *Infin.* עָרוֹת nudando, Habac. 3. v. 13. *Imper. plur.* עָרוּ nudate, Pfal. 137. v. 7. *Futur.* יְעָרֶה nudabit, Ifa. 3. v. 17., *&* *per apocopam*, אַל־תְּעַר ne nudes, *&* *juxta Vulg.* non auferas, Pfalm. 141. v. 8., *pro* תְּעָרֶה: *Sic* וַתְּעַר & deplevit, Gen. 24. v. 20., *Plur.* וַיְעָרוּ & evacuarent, 2. Paral. 24. v. 11. *Geminatum Infinit.* עַרְעֵר nudando, Jerem. 51. verf. 58. *Hiph. Præter.* הֶעֱרָה effudit, *&* *juxta Vulg.* tradidit, Jfa. 53. v. 12., nudavit, Levit. 20. v. 18., מַעֲרֶה, מֶעָרָה *vide inter nomina*. *Hithp. Partic.* מִתְעָרֶה diffundens, explicans fe, virefcens,

cens, Psal. 37. v. 35. *Futur.* תִּתְעָרִי nudabis te, Thren. 4. v. 21. *Et geminatis duabus literis*, תִּתְעַרְעָר nudabitur, Jerem. 51. v. 58.

עָרָה *f.* Nuditas; *Plural.* עָרוֹת, Isa. 19. vers. 7., nuditates, *scil. erunt*; *à quibusdam tamen redduntur* papyri,

עֶרְוָה *f.* Nuditas, nudatio: verenda, pudenda, turpitudo, probrum: nuditas *corporis humani propalam turpis*, *&* pudenda *censetur*, *maxime partium genitalium*, *quas natura tectas voluit*; בְּשַׂר עֶרְוָה carnem nuditatis, Exod. 28. v. 42., *i. e.*, pudenda: *Constrûct.* עֶרְוַת אָבִיו verenda patris sui, Genes. 9. v. 22. *Cum affix.* עֶרְוָתוֹ nudationem ejus, Levit. 20. v. 17. *Chald.* וְעַרְוַת מַלְכָּא & nudationem regis, Esræ. 4. v. 14, *ut tributo suo* nudetur, *& spolietur*; *vel probrum regis*, *quod accidet*, *si subditi tributa denegent*.

* עִירָה, הָעִירָה *Vide in* עיר *pag.* 948.

עֶרְיָה *f.* Retectio; *vel adjective*, retecta, nudata, Exech. 16. v. 7., Mich. 1. v. 11., *vel accipiendum pro* בְּעֶרְיָה.

עוֹר *m.* Cutis, *proprie* nuda; *& ubi est sermo de* animalibus, pellis, *à* nuditate *sic dicta*, Genes. 3. v. 21. *Cum affix.* וְאֶת־עֹרוֹ & pellem ejus, Levit. 8. vers. 17., עוֹרִי pellem meam, Job. 19. v. 26., *juxta Hebræos*, *Vulg.*, *aliosque*; *Plural.* עוֹרֹנוּ pelles nostræ, Thren 5. v. 10., *cum defectu* Jod: *Vide supra in* עור *pag.* 927., *&c.* *Et fœmin.* עֹרֹת, Exod. 26. v. 14. *Cum affix.* עֹרֹתָם pelles eorum, Levit. 16. vers. 27.

עָרוֹת *f. p.* Papyri, *juxta quosdam*, Isa. 19. vers. 7., *quasi* pelliculæ *dictæ*; *nam in prætenues*, *& multiplices membranulas acu dividebantur*, *ut docet Plin. lib.* 13. *cap.* 11. *Hebræi* virentia, graminea *explicant*.

עַרְעָר *m.* Nudatissimus, *juxta quosdam*: *Aliis* myrica, *virgultum tenue*, *humile*, *fragile*: פָּנָה אֶל־תְּפִלַּת הָעַרְעָר respexit ad orationem nudatissimi, Psal. 102. v. 18., *i. e.*, *omni ope destituti*, *derelicti ab omnibus*: *R. Salomon habet* vociferantis, clamantis, *ex significatione* יְעֹעֵרוּ vociferantur, Isa. 15. v. 5., *Ab. Esra vertit*, ad precationem populi, *qui est veluti* myrica *solitudinis*. *Constr.* כְּעַרְעָר בָּעֲרָבָה ut myrica in solitudine, Jerem. 17. vers. 6., *vel*, ut locus

nuda-

nudatus deserti : *in quo scilicet nihil crescit* : *R. Salomon vertit*, ut arbor solitaria, *quasi ab* עֲרִירִי, *vel* ut locus vastus. *Sic, juxta quosdam*, כַּעֲרוֹעֵר בַּמִּדְבָּר sicut arbor nuda in deserto, *& juxta Vulgat.* quasi myricæ in deserto, Jerem. 48. v. 6.

עֲרוֹעֵר, *sive* עֲרֹעֵר Aroer, *nom. propr. urbis ædificatæ à Tribu Gad*, Num. 32. v. 34., *&c.*

מַעַר *m.* Nuditas : כְּמַעַר אִישׁ secundum nuditatem cujusque, *id est*, *spatium* nudum, *&* vacuum, 1. Reg. 7. vers. 36., *Kimchi vertit*, secundum adhæsionem cujusque, *prout unum alteri adhærebat*, *& conjunctum erat*, *& sic verbum in Pihel. pro* adhærere *quidam exponunt* : *Quidam* cælaturam *vertunt*, *quod* cælando, *&* exsculpendo *res antea tecta* denudetur, *&* retegatur ; *Vulgat. reddit*, quasi in similitudinem viri ; *Cum affix.* מַעְרֵךְ nuditas tua, Nahum. 3. v. 5.

מַעֲרֶה *m.* Nuditas, denudatio, *juxta quosdam* ; *sed Joa. Simoni*, *& quibusdam aliis est*, locus nudus, *&* planus, nec montibus tectus, planities : *Constr.* מִמַּעֲרֵה post denudationem (Gibhæ), *i. e.*, *postquam urbs* Gibhea *præsidio* denudata esset, Jud. 20. v. 33., *R. Levi exponit*, ex valle, *seu* spelunca, *quasi idem sit cum sequenti nomine* : *Antiqui nonnulli*, *& Vulg. verterunt*, ab occidente, ab occidentali parte (Gaban) ; *legisse propterea videntur* מִמַּעֲרָב, *à* מַעֲרָב occidens. *Vide supra in* עור, *& in* עיר.

מְעָרָה *f.* Spelunca, fossa, *quasi locum* nudum, *&* evacuatum *dicas*, 1. Sam. 24. v. 4. *Constr.* הַמְעָרַת פָּרִצִים an spelunca latronum, Jerem. 7. vers. 11. *Plur.* מְעָרוֹת speluncæ, Isa. 32. v. 14. *Hujus dictionis thema quidam faciunt inusitatum* מער.

מְעוֹרִים *m. p.* Nuditates : *Cum affix.* מְעוֹרֵיהֶם nuditates eorum, Abac. 2. v. 15., *quod formam ab* עור *habet*.

תַּעַר, *Quod nonnulli ad* ערה *referunt*, *vide postea sub litera* ת.

עֵרִי Heri, *nom. propr. viri*, Gen. 46. v. 16.

עָרַךְ Ordinavit, disposuit, aptavit, struxit, instruxit, *& specialiter de* ordinatione, *&* dispositione aciei ; *item intransitive* disposuit se : *per metonymiam* æstimavit, taxavit, comparavit, æquiparavit, par æstimatus fuit ; *& intransitive* comparavit se ; *res enim*, *cum aliis* æstimandæ, & com-

& comparandæ, *juxta se* ponuntur, *&* disponuntur: *Præterit.* עָרַךְ אֵלַי disposuit mihi, Job. 32. vers. 14., עָרְכָה שֻׁלְחָנָהּ *fœm.* disposuit, apparavit, *sive* proposuit, instruxit mensam suam, Prov. 9. v. 2., וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ & ordinabis ordinationem ejus, *sive* dispones ordinem, *vel* juxta ordinem ejus, Exod. 40. v. 4.; *Plur.* עָרְכוּ aciem instruxere, Jud. 20. v. 22., *item* & struent, disponent, instruent, Levit. 1. vv. 7. 8., Jerem. 50. vers. 9. *Partic. plural.* הָעֹרְכִים instruentes, apparantes, Isa. 65. vers. 11. *Constr.* עֹרְכֵי צִנָּה disponentes, *seu* ordinantes scutum, *i. e.* scuto utentes, *& juxta Vulg.* tenentes clypeum, 1. Paral. 12. v. 8., עֹרְכֵי מִלְחָמָה instruentes, disponentes, *vel* ordinantes bellum, *sive juxta quosdam* gerentes bellum, *aut* præliantes, 1. Paral. 12. v. 33. *Partic. Pahul* עָרוּךְ aptatus, apparatus, instructus, Isa. 30. vers. 33., Jerem. 6. vers. 23. *Constr.* עֲרוּךְ instructus, Joel. 2. vers. 5., *Fœm.* עֲרוּכָה ordinatum, *& juxta Vulgat.* firmum (*pactum*), 2. Sam. 23. v. 5., *Plural.* הָעֲרֻכוֹת לָהּ, Jos. 2. v. 6., aptatis, ordinatis, *sive* dispositis ei, *i. e.* ab ea; *hic enim* ל *pro* מ *positum*: *Infin. absolutum* עָרֹךְ instruere, apparare, Isa. 21. v. 5., *Constr.* אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ, Psalm. 40. v. 6., non (*est*) ordinare apud te, *vel* nemo (*potest*) ordinare, *sive* ordinatim proponere, recensere tibi, *vel* apud te, coram te, *ita multi reddunt*; *Sed LXX.*, *Vulgat.*, *Æth.*, *Syr.*, *& alii sunt interpretati*, non est, qui similis sit tibi; *& quidem hic sensus commodus*: *nam* ערך *significat etiam* comparare, assimilare, æquiparare; לַעֲרֹךְ מִלְחָמָה, Jud. 20. v. 22., 1. Sam. 17. vers. 8., instruere bellum, *sive* pugnam, aciem; *item* aptare, parare, Psalm. 78. v. 19. *Imper. cum* ה *paragog.* עֶרְכָה לְפָנַי, Job. 33. vers. 5., dispone, *scil.* verba, *vel* dispone te coram, *sive* contra me, contra faciem meam; *Plur.* עִרְכוּ disponite, aptate, instruite, Jerem. 46. v. 3., *item* disponite, aptate, instruite vos, Jerem. 50. v. 14. *Futur.* אֶעֱרָךְ־לְךָ, Psal. 5. vers. 4., disponam, aptabo me tibi, *& juxta Vulg.* astabo tibi; *Cum* ה *paragog.* אֶעֶרְכָה disponam, struam, Job. 23. v. 4., Psalm. 50. v. 21., תַּעֲרֹךְ instruis, disponis, Psalm. 23. vers. 5., יַעֲרֹךְ disponet, aptabit, Exod. 27. v. 21.,

v. 21., Levit. 24. vv. 3. 4, *item* comparabit ſe, Pſalm. 89. verſ. 7., הֲיַעֲרֹךְ שׁוּעֲךָ num æſtimabit opes tuas, *ſive, juxta alios*, nobilitatem, magnitudinem tuam? Job. 36. verſ. 19. *Cum affix.*, *&* Nun *epentbet.* יַעַרְכֶנּוּ diſponet illum, Levit. 24. v. 8., יַעַרְכֶנָּה comparabit ſe, *vel* comparabitur cum illa, Job. 28. vv. 17. 19., וְיַעְרְכֶהָ לִי & ordinet illud coram me, *i. e.* & ordinem illius exponat mihi, *ut etiam Vulg. babet*, Iſa. 44. v. 7. *Plur.* לֹא נַעֲרֹךְ non ordinabimus, *ſive* neque in ordinem digeremus, Job. 37. v. 19., וַיַּעַרְכוּ & diſpoſuerunt; *Cum affix.* יַעַרְכוּנִי, Job. 6. v. 4., inſtruunt, *ſcil.* aciem, *ſive, juxta Vulgat.*, militant contra me, *eſtque pro* יַעַרְכוּ מִלְחָמָה עָלַי. *Hipb. Præterit.* הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ taxabat terram, 2. Reg. 23. v. 35., וְהֶעֱרִיךְ אֹתוֹ & æſtimet eum, Levit. 27. v. 8. *Cum affix.* וְהֶעֱרִיכוֹ & æſtimabit eam (*domum*), Lev. 27. v. 14. *Vide inter nomina* מַעֲרָכָה, מַעֲרֶכֶת, *&c. Futur.* יַעֲרִיךְ אֹתוֹ æſtimabit eam, Levit. 27. v. 8. *Cum affix.* יַעֲרִיכֶנּוּ æſtimabit eum, Levit. 27. v. 8.

עֵרֶךְ *m.* I. Inſtructio, diſpoſitio: עֵרֶךְ לֶחֶם, Exod. 40. verſ. 23., diſpoſitio, inſtructio panis; *LXX. babent* panes propoſitionis; *Vulgat. reddit* (ordinatis coram) propoſitionis panibus; *Alii vertunt* ſtruem panum, *vel* apparatum panis; וְעֵרֶךְ בְּגָדִים, Jud. 7. verſ. 10., & diſpoſitionem, & apparatum veſtium; *LXX. verterunt*, *ζευγος ἱματιον* par veſtimentorum; *Vulg. babet* ac duplicem veſtem; *Joa. Simon reddit*, pretium veſtium: *Cum affix.* עֶרְכּוֹ diſpoſitio ejus, Exod. 40. v. 4., וְחִין עֶרְכּוֹ, Job. 41. verſ. 4., & gratiam diſpoſitionis ejus; *Vulgat. ſenſum ibidem expreſſit*:
II. Æſtimatio, taxatio, *ſcil. juxta æquitatem, & valorem rei*; *Cum affix.* עֶרְכְּךָ, Levit. 27. vv. 3. 4., *&c.*, *& in pauſa* עֶרְכֶּךָ, Levit. 27. v. 13., æſtimatio, taxatio tua; וְנָתַן אֶת־הָעֶרְכְּךָ, Levit. 27. v. 23., & dabit æſtimationem tuam, *b. e.* æſtimationis tuæ, *vel ſummæ imperatæ, aut promiſſæ* numerum ſupputatum; בְּעֶרְכְּךָ, *& in pauſa* בְּעֶרְכֶּךָ cum, *vel* ex æſtimatione tua, Levit. 5. vv. 15. 25., *&c.*, כְּעֶרְכְּךָ ſecundum æſtimationem tuam, Levit. 27. vv. 12. 17., מֵעֶרְכֶּךָ ex æſtimatione, taxatione tua, Lev. 27. vv. 8. 18., עֶרְכּוֹ æſtimationis ſuæ, 2. Reg. 12.

v. 5.,

v. 5., אִישׁ כְּעֶרְכּוֹ, 2. Reg. 23. v. 35., unusquisque secundum æstimationem suam, *sive, ut habet Vulg.*, juxta vires suas (exigebat); עֶרְכָּהּ, Job. 28. v. 13., æstimatio, *h. e.* pretium ejus, *ita Vulg., Sym., aliique vertunt; Aq. habet τάξιν* ordinem, *vel* ordinationem, *vel* gradum: III. Comparatio, æquiparatio; *Unde cum affix.* וְאַתָּה אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי, Psalm. 55. v. 14., & tu homo comparationis, *sive* æquiparationis meæ, *i. e.* mihi par, & æqualis, *ita juxta Joa. Simonem, & quosdam alios; Ab. Esra vertit*, הַנֶּחְשָׁב בְּעֵינַי כָּמוֹנִי qui tanti eras oculis meis, quanti ego sum mihi; *Alii cum Pagnino vertunt*, sed tu homo juxta æstimationem meam, *vel* secundum dispositionem meam, *sive* cordis; *LXX., & Vulgat. sunt interpretati*, tu vero homo unanimis.

מַעֲרָךְ *m.* Dispositio; *Unde plur. constr.* מַעַרְכֵי־לֵב dispositiones cordis, Prov. 16. v. 1.

מַעֲרָכָה *f.* Ordo, aptatio, acies, strues: נֵרוֹת הַמַּעֲרָכָה lucernas aptationis, Exod. 39. v. 37., מֵהַמַּעֲרָכָה ex ipsa acie, 1. Sam. 4. v. 12. *Plur.* מַעֲרָכוֹת ordines, Levit. 24. v. 6. *Constr.* מַעַרְכוֹת acies (Dei viventis), 1. Sam. 10. v. 26.

מַעֲרֶכֶת *f.* Ordo, dispositio, strues: *Cum præf.* הַמַּעֲרֶכֶת, Levit. 24. v. 7., *& in pausa* הַמַּעֲרָכֶת, Levit. 24. v. 6., ordo, dispositio, strues, *sive juxta alios* positio, propositio; לְלֶחֶם הַמַּעֲרֶכֶת, Nehem. 10. v. 34., in, *vel* ad panem dispositionis, *sive* positionis, *& juxta Vulgat.* propositionis, *h. e.* ad panem *coram Deo in templo* ordinatum, dispositum.

עָרַל Præputiatum, obturatum habuit, *vel* censuit, *juxta Hebræos, qui per* אֹטֶם *exponunt*: *vel*, præputium abstulit, *quasi* depræputiare *dicas*. *Præter.* וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ & obturabitis obturationem ejus, Levit. 19. vers. 23., *juxta R. Salomonem, i. e., arborem impuram, & fructus ejus pollutos, & abominabiles censebitis, sicut* præputium, *seu cutis* obturans membrum virile; *vel*, depræputiabitis, *i. e.*, auferetis præputium ejus, *fructus scil. ceu impuros* decutietis, *ut Chaldaice,* תְּרַחֲקוּן רַחְקָא יַת אִבֵּיהּ removendo removebitis fructus ejus, *i. e.*, *abjicietis tanquam immundos*. *Niph. Imperat.* הֵעָרֵל præputium retege, præputiatum te osten-

ostende, pudendis nuda te, *ut ebrii solent*, Habac. 2. v. 16., *juxta Ab. Esram: R. Salomon reddit*, obturator stupore cordis; *Aquila ibidem vertit*, καρώθητι, *i. e.*, *uti habet Vulgat.*, & consopire. *Verbum hoc* עָרַל *efformatum nonnulli volunt ex nomine*, *quod mox sequitur*.

עָרֵל *masc.* Præputiatus, incircumcisus, obturatus, *cujus membrum genitale*, *obducto* præputio, obturatum est, Exod. 12. v. 48. *Constr.* עֲרַל שְׂפָתָיִם obturatus, præputiatus labiis, Exod. 6. v. 12. *Plur.* עֲרֵלִים præputiati, Levit. 19. vers. 23. *Constr.* עַרְלֵי־לֵב præputiati corde, Jerem. 9. v. 25. *Fæm.* עֲרֵלָה præputiata, Jerem. 6. v. 10.

עָרֵל *m.* Præputiatus, Ezech. 44. v. 9.

עָרְלָה *f.* Præputium, Genes. 34. v. 14., מוּל בְּעָרְלָה circumcisum cum præputio, *cordis scil.*, Jerem. 9. v. 24. *Construct.* עָרְלַת בְּנוֹ præputium filii ejus, Exod. 4. vers. 25. *Cum affix.* עָרְלָתָם præputii sui, Genes. 17. v. 27. *Plural.* הָעֲרָלוֹת præputia, Jos. 5. vers. 3. *Constr.* עָרְלוֹת, 1. Sam. 18. v. 25. *Cum affix.* עָרְלֹתֵיהֶם præputia eorum, 1. Sam. 18. vers. 27.

עָרַם Calliditate, astu usus fuit: *Item* pressit, compressit, coarctavit, colligavit, *petita significatione à* עמר: *Particip. Pabul* עָרוּם astutus, callidus, *quod tam in bonam*, *quam in* malam *partem usurpatur*; *hinc* intelligens, prudens, prudentissimus; *ut* עָרוּם מִכֹּל חַיַּת callidus præ omni animali, *i. e.* callidior omni animali, Gen. 3. v. 1., עָרוּם קָלוֹן וְכֹסֶה dissimulans injuriam, callidus, *id est* prudens est, Prov. 12. v. 16., *&c.*, *Fæm.* עֲרֻמָּה *vide in nomine* עָרוּם; *Plur.* וְתִבְחַר לְשׁוֹן עֲרוּמִים, Job. 15. v. 5., & eligis, *sive* usurpare gestis linguam versutorum, *vel*, *juxta quosdam*, sapientum, *sive*, *ex usu Arabico*, petulantium; *Vulg. habet*, & imitaris linguam blasphemantium; וַעֲרוּמִים & astuti, *sive* prudentes, Prov. 14. v. 18. *Aliud vide in nomine* עָרוּם: *Item cum præfix.* מ, *videlicet* מַעֲרֻמִּים *vide infra in* מַעֲרוּם. *Infin.* עָרֹם astu utendo, 1. Sam. 23. vers. 22. *Niph.* נֶעֱרַם coacervari: *Præter.* נֶעֶרְמוּ־מַיִם coacervatæ sunt aquæ, Exod. 15. vers. 8. *Hiph. Futur.* עָרֹם יַעְרִם, 1. Sam. 23. v. 22., astu utendo astute aget, *vel*, *juxta alios*, callide agendo, *q. d.* callidus existendo, calli-

de agit; *LXX. habent*, callens callide agat; *Vulg. vertit*, quod callide insidier (ei); *tandem quidam reddunt*, quod callidissimus esset; וְשֹׁמֵר תּוֹכַחַת יַעְרִם, Prov. 15. v. 5., & observans correptionem, callide, *sive* prudenter agit; *&* *juxta Vulgat.* qui autem custodit increpationes, astutior fiet; וּפֶתִי יַעְרִם, Prov. 19. v. 25., vel incautus callide aget, *i. e.* cautior erit; *& juxta Vulg.* stultus sapientior erit; *Plur.* יַעֲרִימוּ סוֹד, Psal. 83. v. 4., astute egerunt, *sive* callide inierunt, callidum fecerunt consilium; *Alii vertunt*, malignum excogitavere consilium; *Vulgat. habet*, malignaverunt consilium.

עֹרֶם *m* Calliditas, astutia; *Unde cum affix.* בְּעָרְמָם in calliditate, in astutia eorum; *sed alii referunt ad femin.*, *quod sequitur*.

עָרְמָה *fem.* Astutia, calliditas, prudentia, consilium, Exod. 21. v. 14., Prov. 1. v. 4., 8. v. 12., בְּעָרְמָה in dolo, *vel* astutia, *& juxta multos* callide, Exod. 21. v. 14., Jos. 9. v. 4. *Cum affix.* בְּעָרְמָם, *contracte pro* בְּעָרְמָתָם, in astutia sua, *vel* eorum, Job. 5. v. 13.

עֹרֶם *m.* Acervus, *q. d.* coarctatio, *sive* compressio rerum; *Inde plural.* עֲרֵמִים acervi, Jerem. 50. v. 26.

עֲרֵמָה *fem.* Acervus, Ruth. 3. vers. 7. *Constr.* עֲרֵמַת חִטִּים acervus triticorum, Cant. 7. vers. 2. *Plural.* עֲרֵמוֹת acervi, 2. Paral. 31. v. 6., מֵעֲרֵמוֹת ex acervis, Nehem. 3. vers. 34.

עֵירֹם *m.* Nudus, Gen. 3. v. 10., nuditas, Deut. 28. v. 48. *Plur.* עֵירֻמִּים nudi, Gen. 3. v. 7.

עָרֹם, עָרוֹם *masc.* Nudus, *ex significatione radicis Arab.* עرم carne nudavit *os*; *Sed quidam referunt ad* ערה, *ita ut* ם *in fine sit heemanticum* intensivum, *notans* nuditatem summam, *&* omnimodam, *item* plane nudum, summe nudum, 1. Sam. 19. v. 24., Job. 1. v. 21., Isa. 58. v. 7., *&c.* *Plural.* עֲרוּמִּים nudi, Genes. 2. v. 25. *Cum affix. vide in* מַעֲרוֹם *pag.* 1029. *Fem.* עֲרֻמָּה nuda, Hos. 2. v. 3.

עִירָם Hiram, *nom. propr. urbis Idumæorum*, Gen. 36. vers. 43., 1. Paral. 1. v. 54.

* עֵירָם *Dictio composita*, *quam vide supra in* עִיר *pag.* 948. מְעֵירָם *vid in* עור *pag.* 928.

מַעֲרוֹם

